AMMINISTRAZIONE DELLA PROVINCIA
DI TORINO
BIBLIOTECA
R. - b - 30

R. D. 30

DONO della Libreria Pregliasco

Torino, 15 luglio 1960

IO. BAPTISTAE SVRDI IVRISC.

In ampliſsimo Senatu Pedemontano Senatoris, imperante CAROLO EMANVELE DVCE SABAVDIAE SERENISS.

Commentarij

Ad capitulum primum An Agnatus uel filius defuncti poſsit retinere feudum repudiata hæreditate: Et ad §. Titius ſi de feudo defuncti &c.

Summarijs ad vnumquenque commentarium luculenter appoſitis.



AVGVSTAE TAVRINORVM,

Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ, 1583.

PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA

PERILLVSTRI, AC EXCELLENTIS. D. CAESARI CAMBIANO DOMINO RVFFIE

In ampliſsimo Senatu Pedemontano primo præſidi, & domino ſuo Io. Baptiſta Surdus ſalutem.

PRO mulgaturus quaſdam in ſenatu abſolutas quæſtiones, quas pridie Aduocati, inter ſe diſsidentes, componere nequiuerunt: quaſi in ſtadium Atlheta deſcenſurus, Noui quales conſueuerint his repentinis apparitionibus ſibili excitari; Scio plures in me, qui hactenus latui, oculos conuerſuros: erunt forte & accuſatores: Propterea opus eſt mihi optimo, qualis es tu defenſore: Quam perſonam rogo, vt ſuſcipias: Potes autoritate, & uirtute quibus polles, & ad culmen Dignitatum apud Sereniſ. Ducem noſtrum eue-

ctus es id complere facillimè: Te patrono quocunque tutus ab omni ſcõmate progrediar, Accipias igitur in tutelam hoc tenue noſtrum munus. Quod ſuſceptum fouens efficies, ut alio loco laudes tuas, quas de induſtria hic taceo, auorumque tuorum: qui toga & armis Illuſtres euaſere, recenſens intelligar ab omnibus tui eſſe obſeruantiſſimus: interim, ut ſoles, me ama: & bene uale.

INCERTI AVTHORIS
in hoſce commentarios carmen.

PArthenope Andreæ miratur dogmata, tantum
Trinacria exultat progenuiſſe uirum.
Feudorum edocuit quo non præſtantiùs alter
Iura, quibus Princeps ſe, populumque regat.
Noſtra nec inuidit regio, tot clara peritis,
Nomina iam quorum gloria in aſtra tulit:
Æmicat hos inter, uelut inter ſydera Phœbus,
Senſibus illuſtris Surdus, & eloquio.
Quod legis eſt guſtus, ſed adhuc maiora premuntur,
Feudalis cupidus quæis ſatur artis erit.
Iura ſenatorem dum gens Taurina ferentem
Suſpicit, hoc ſtupuit iura docente quoque.
Tu pedemontanas minima inter patria terras
Haud fueris, tantnm digna tuliſſe uirum.

DE EISDEM commentarijs BARTHOLOMEI MARONIS IVRISCONS. CRESCENTINATIS ad lectorem Exaſticon.

DIgnior eſt reliquis Feudi tractatus ut amplus,
Sic reliquis grauior, difficiliſq; magis.
Conſultus ſuper hoc doctor quòd ſæpius anceps
Reſponſi, tacito mutuit ore bonus.
Promptus ut ergo queas Feudales ſoluere nodos
Hanc bene qui ſentit fert tibi Surdus opem.

SVMMARIVM.

1 FEudorum diuerſe & ad libitum citra regulam ſpecies.

2 Feudum hæreditarium quale.

3 Hæreditarium feudum conceſſum pro ſe & hæredibus.

4 Feudum dicitur hæreditarium ſi ſit conceſſum pro ſe & ſuis.

5 Feudum ex pacto & prouidentia quale.

6 Caſtrum conceſſum ſimpliciter in feudum cuius naturæ.

7 In qua ſpecie feudorum intelligendum ſit præſens capitulum.

8 Caſus capituli.

9 Agnati niſi hæredes feudum defuncti aſſequi non poſſunt.

10 Agnato an ſufficiat ut hæres primi inueſtiti ſit, adhoc ut feudum conſequatur.

11 Agnatus ſuccedens in feudo non obligatur ſatisfacere defuncti creditoribus.

12 Feudum quid ſeparatũ ab hæreditate ſ debitum filijs iure ſucceſſorio.

13 Filius non poteſt feudum paternum a paterna hæreditate ſeparare.

14 Filius feudum hæreditarium a patre alienatum an reuocet.

15 Filius an reuocet feudum hæreditarium præſcriptum.

16 Filius feudum abſolute hæreditarium ab hæreditate patris non ſeparat.

17 *Subſtitutione vulgari filijs non datur facultas ſeparandi feudum ab hæreditate.*

18 *Agnatis conſentientibus dominus poteſt filium defuncti qui fuit excluſus a feudo de nouo inueſtire.*

19 *Filius an feudum ex prouidentia capere poſſit repudiata patris hęreditate.*

20 *Filius licet hæres facto inuentario feudum conſeruat a debitis innoxium.*

21 *Inuentario conſeruatur feudum a creditoribus.*

22 *Inuentarium an proſit pro ſeruatione feudi hæreditarij.*

23 *Filius adepta paterna hæreditate poteſt feudum repudiare.*

24 *Filius qui nequit patris hæres eſſe poteſt ſine hæreditate feudum acceptare.*

25 *Filij inequaliter hæred.s inſtituti æqualiter feudum diuidunt.*

26 *Filius exhæredatus an feudum conſequatur.*

27 *Filius qui uiuo patre renuntiauit illius hæreditati poteſt eo mortuo ſine hæreditate feudum conſequi.*

28 *Nepos repudiata patris hæreditate feudum auitum conſequitur.*

29 *Agnatus repudiata hæreditate agnati defuncti eius feudum aſſequi poteſt.*

30 *Paternum feudum quod dicatur.*

31 *Feudum nouum mortuo vaſallo ſine filijs ad dominum redit.*

32 *Feudum omnino hæreditarium agnatus conſequi non poteſt niſi ſit defuncti hæres.*

33 *Agnatos*

33 *Agnatus non tenetur æs debitum à defuncto agnato ſatisfacere.*

34 *Agnatus qui non eſt hæres debet tamen æs contractum pro feudo ſoluere.*

35 *Dominus feudo aperto quod æs a vaſſallo debitum reddere teneatur.*

36 *Fructus pendentes in feudo an feudales.*

37 *In feudis habet locum ſucceſſorium edictum.*

38 *Agnatorum appellatione non venit filius.*

39 *Fructus feudi anno mortis vaſſalli cui ſpectent.*

40 *Filius an poſſit emphiteuſim paternam acceptare repudiata hæreditate.*

41 *Filius hæres particularis prouirili emphiteuſim paternam cum fratribus diuidit.*

42 *Pater an poſſit donare vel prælegare vni ex filijs emphyteuſim conceſſam pro ſe & filijs.*

43 *Donans poteſt donationem in tertium conferendam reuocare.*

44 *Pater inueſtitus de feudo pro ſe & liberis an poſſit illud vni ex filijs relinquere.*

45 *Dominus agnatis tacite vel expreſſe conſentientibus poteſt filium qui patris hæreditatem repudiauit de feudo inueſtire.*

46 *Feudum conceſſum filio qui hæreditatem patris repudiauit agnatis conſentientibus ob defectum ſobolis reſolutum ad dominum & non agnatos redit.*

47 *Feudum nouum conceſſum iure antiqui feudi eſt antiquum in quo omnes agnati ſuccedunt.*

48 *Feudum quando dicatur nouum.*
49 *Inuentarium an liberet filium ne teneatur pro ære alieno paterno in feudo ex prouidentia.*
50 *Filius conficiens inuentarium an ſatisfacere creditoribus patris teneatur de feudo hæreditario.*
51 *Feudum an veniat in petitione hæreditatis.*
52 *Feudum an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.*
53 *Filius poſſidens feudum an præſumatur hæres.*

An Agnatus, vel filius defuncti poſsit retinere feudum repudiata hæreditate. Cap. I.

SI contigerit uaſallum ſine omni prole decedere, Agnatus, ad quem uniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate, feudum, ſi paternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed in fructibus, ſi quos reliquit, ut de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit, ſecundum quòd ſupra diximus, conſiderabitur: Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare, ſed aut utrunque retineat, aut utrunque repudiet, quo repudiato, ad agnatos, ſi paternum ſit, pertinebit: Et licet alterum ſine altero retinere non poſsit, agnatis tamen conſentientibus poterit dominus eum, ſi uoluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire, quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere nullo onere ei hæreditario imminente.

PVLCHRA, & frequens eſt materia huius capituli, pro cuius interpretatione præmitto diuerſam à principio feuda inſtitutionem habuiſſe, ca. 1. §. & quia, de is qui feud.
1 da. poſſ. Oſaſ. deciſ. 161. nu. 5. verùm † ſuccedente tempore adeo diffuſa eſt feudalis facultas, quòd nullis fere regulis cohercetur, nam quiſque ſecundum propriam voluntatem modum, & conditionem, quibus regatur, in eius conſtitutione, tametſi contra naturam feudalem apponere poteſt ca. 1. §. præterea quid ſit inueſt. Calder. conſi. 7. de feud. Brun. conſ. 41. Aluar. conſ. 62. inter conſ. Brun. Socin. conſ. 66. col. 5. libr. 4. Pariſ. conſ. 13. nu. 14. lib. 1. Soc. iun. conſ. 109. nu. 12. lib 2. Hinc opus fuit pro intelligentia quarundam ſpecierum inuentione & diſtinctione, & inter alias magiſtraliter Doctores ponunt feudum quoddam
2 reperiri, quod hæreditarium † appellatur, quale eſt illud quod legitur conceſſum pro ſe & filijs hæredibus, vel pro ſe & deſcendentibus hæredibus, vel pro ſe & ſucceſſoribus, vel pro ſe & hæredibus maſculis, Andr. de Iſer. hic in principio & in ca. 1. §. hoc quoque de ſucc. feud. Alex. conſ. 10. col. 3. lib. 3. conſ. 19. col. 1. lib. 5. Alciat. conſ. 178. num. 3. Iaſ. conſ. 57. col. 1. lib. 1. Gratus conſ. 4. nu. 42. lib. 1. Curt. iun. conſ. 1. nu. 11. conſi. 138. num. 14. Pariſ. conſ. 2. nu. 2. conſ. 16. num. 13. conſ. 23.

nu. 160.

nu.160.& ſeq.lib.1.conſ.65.col.2.libr.3.Rolan. conſ.10.nu.18.conſ.53.col.1.lib.3. Afflict.deiſ. 140.Curt.in tract. par.1. quæſt.8. verſic.quarto Iul.clar.in §.feudum quęſt.9.Couaruu.libr.2.var. reſol.cap.18.ver.6.concluſio Oſaſc.d. deciſ.161. nu.1.Marin. Frec.de differ.inter feud.ex pact.& feud.hæred.Capit.in ſua inueſt.in verbo Hęreditarium, Thom.de marin.in tract.de gener. feu.in titu.de feud.hæredit. Burſ. conſ. 291. nume.76. Ampliat Curt.iun.conſi.3. vt ſit feudum hæreditarium,licet in principali diſpoſitione non fiat hæredum mentio,ſi tamē fiat in alijs clauſulis,quem interpretatur Oſaſc.dict.deciſ.161.num.3.ſi verbum hæres ponatur ad declarationem verbi dubij, vt ſi inueſtitura facta ſit pro ſe & ſuis, non inquam ſi addatur inueſtituræ factæ pro ſe & filijs, ſed Curtium reprobat Pinel. & bene in l.1. in 3. par.ſub nu.85.C.de bon.mater. per tex. in clem. 1.de præben.ex ijs quæ Iaſ.conſi.56.col.2. & fin. lib 3.addo Ceſal.conſ.617.nu.59.vbi cenſet hoc verbum in clauſulis executiuis nihil probare.

3 Eſt etiam feudum hæreditarium † quando legitur conceſſum pro ſe & hæredibus non poſito verbo filijs vel liberis, quia licet in feudis verbum hæres pro filio capiatur c.1. de alien.feud. c.1 §.fin.de le. Cora.tamen in feudi conceſsione capitur pro filio, qui ſit hæres,(vt qualitas addita effectum operetur Bart.& Alex.in l. ex facto §.ſi,

ff.ad trebel.Iſer.hic in prin. Alciat. in l. quod dicitur nu.23 ff.de verb.oblig.& in conſ. 178.Clarus d.§.feudum.quæſt.9.verſi.nunc proſequendo Alex.conſ. 19.col.3.lib.5.Natt. conſ. 159.col.2. Rube.in l.Gallus.§.1.num.191. de lib.poſth.vbi Galiau nu.36.Caſtr.in l.ſi mihi & titio.ff.de ver. oblig.Thom.de marin.dict.titul.de feud. hæred. nu.12.Rol.dict.conſi.10.conſ.55.num.2.lib.3.& conſi.3.num.17.lib.4. Cefal.dict.conſi.617.nu. & ita tenendum eſt quicquid aliter cenſuerit Caſtrenſ.in d.l.ex facto §.fi.Iaſ.in l.ſi non ſortem §.libertus.col.fi.ff.de cond.indeb.in d.l. Gal.§.1. nu.45.Alci.conſ.179.Dec.conſ.38. col.5.Capit. in d.inueſt.in verb.hæreditarium & verb.Paulus.

4 Ampliatur etiam vt dicatur feudum † hæreditarium ſi conceſſum fuerit pro ſe & ſuis Imol.conſ. 21.Alex.conſ.26. col.3.libr.5. Alc. conſ. 180.& conſ.183.in d.l.quod dicitur num. 24. Rol.conſ. 28.nu.6.li.3.conſ.3.nu.17.lib.4.Scurſ.poſt Brunum conſi.136.nu.6. quamuis aliter teneat Tho. de Marin.d.tract.in titu.de feud.ex pact.& prouid.nu.73.

5 Alia eſt ſpecies feudi † quæ vocatur ex pacto & prouidentia, qualis eſt ea, qua conceditur feudum pro ſe & liberis, vel pro ſe & filijs nulla mentione hæredum facta Iſer.hic Dec.conſ.78.conſ. 185.nu.3.conſ.208.num.7.conſ.390.nu.5. Ruin. conſ.16.in prin.lib.1.Curt.iun.d.conſ.138.num.

16.Pa-

16.Pariſ.conſ.2.nu.22.conſ.5.num.2.lib.1.conſ. 72.nu.3.lib.4.Loffred.conſ.1.col.1.& 2.Bellon. conſ.33.Bero.conſ.68.nu.65.lib.1.Pinel.in d.l.1. par.3.num.85.C.de bon.matern.Ceſal.dict.conſ. 617.numero 57. Oſaſc. deciſ.139. & deciſ.161. Thom.de marin.in d.titu.de feud.ex pact. & pro uid.nu.25.& nu. 67.vbi multipliciter exemplificat, Contemporanei verò Iſerniæ cenſebant feudum ita conceſſum non differre à feudo hęreditario, & tunc ſolùm eſſe ex prouidentia, quando concedebatur puta Seio patri, & poſt eum Titio filio, ſed hęc opinio ab omnibus reprobatur, ratio autem huius magiſtralis propoſitionis latè explicatur per Thom. de marin. in d.tract. titu.1.in princip.

Aliud admittitur feudum concedi poſſe ſim-
6 pliciter in hanc formam † Concedo tibi caſtrum in feudum nulla mentione facta filiorum vel hęredum, & quęrunt Doct.an dicatur feudum hęreditarium vel ex pacto & prouidentia, & torquent ſe, quia Iſer.hic princ. videtur tenere quòd ſit hęreditarium & in c.1.nu.14.Qui feudum dare poſſunt videtur tenere quod ſit ex pacto & prouidentia, & Nardus hic ad Iſerniam nu.11.verbo & hęredibus notans loca vbi Iſer. tenet quòd ſit ex prouidentia qui vbique mouetur ex l. ſi pactum ff.de probatio.& c.1.de duob. frat. à capit. inueſt. interpretatur, quòd intellexerit feudum

eſſe ex prouidentia, idem notat Loffred.conſ.1.à nu.99.ad num.127.Afflic.ſentiens hanc difficultatem in prælud.feud.nu.96. arguit pro vtraque parte, & nihil firmat, at in ca.1.num.62.ex quib. cau.feud.amit.& in hoc c.num.10. interpretatur Iſerniam intelligere ſeudum in dubio cenſeri ex prouidentia, hanc opinionem ſequitur & communem dicit Oſaſc.d.deciſ.161.num.12. Thom.de marin.in d.tit.de feud.ex pac.& prouid.nu.52.& ſeq. Sed quod in dubio feudum cenſeatur hæreditarium eſt gloſ.in ca.1.quib.mod.feud.conſtit. poteſt, quæ ad id mouetur ex d.l.ſi pact.& c.1.de duob. frat. quia vnuſquiſque præſumitur ſibi & hæredibus prouidere, hanc partem ſequuntur Bald. Aluar.& Præpoſ. hic Curt.Iun. conſ.3.& conſ.138.& alij allegati per Oſaſc.d.deciſ.161. num.5.Rol.qui de communi teſtatur in tract.de confec.inuent.in 4.part. verſ.nunquid hæres nu. 23.& in conſi.97.nu.39.lib.1.conſ.67.nu.23.lib. 2.conſ.28.nu.9.conſ.55.libr.3.Alex.conſ.26.lib. 5.Grat.conſ.4.nu.41.lib.1.Natt.conſ.130.num. 10.Neuiz.conſ.9.nu.8.Alcia.conſ.179.nu.1.Ceſ. conſ.152.nu.55. Crauet. conſ.634.num.2.Burſ. conſ.3.nu.3.Zaſ.in epit.part.8.nu.6.Capit.in d. inueſt.d.verb.hæreditarium verſ.concluſio tertia Rubeus in d.l.Gallus.§.1.nu.180. Mouentur iſti omnes quia in dubio vnuſquiſque præſumitur prouidere ſibi & filijs vt hæredibus, glo.in l.ſi tibi

§.ſi

§.ſi pactus ff.de pact.Bal.conſ.212.lib.2.Iaſ.conſ. 217.lib.2.Ceſal.conſi.43.Brun.conſ.136.col.2. libr.2. Quaſi patris interſit filium eſſe hæredem, qui eius creditoribus ſatisfaciat & fidem obſeruet Hoſt.in c.tua de vſur.Alciat.in d.l. quod dicitur nu.28.in conſi.180.& conſi. 183. Rolan.d. conſi.3.nu.20.& d.conſi.28.nu.9.Sed probabilior videtur ſententia, quod ſit ex prouidentia quia feudum ab origine & ex ſui natura non fuit trãſitoriũ in filios vt hæredes, ſed extincto primo vaſallo ad dñm reuertebatur c. 1.§. 1.de his qui feuda.poſ.lege aũt promulgata per Coradũ imperatorẽ cœpit feudũ tranſire in filios & nepotes,cõceſsio igitur feudalis cenſeri debet facta,vt tranſeat de patre in filios & nepotes non vt hæredes, ſed vt filios, quia ſecundum legem quæ hæreditariam qualitatem non reſpexit, præſumitur facta, arg.l.in teſtamento 1.C. de teſta.milit.nec obſt. quod quiſque ſibi & hæredibus proſpicere intelligatur d.l.ſi pactum & l.ſcripto ff.vnd. libe.quia id procedit in re ad hæredes tranſitoria gloſ. fin. in d.l.ſi pactum l.non ſolum §. tale ff. de lib. leg.l. 1.ff.de ſeruit.cuiuſmodi non eſt feudum Oſaſ.dic. deciſ.161.nu.12.circa ſi facit tex.in c.r.de duob. fratr.ſi verbum hęredibus pro filijs interpretabimur,prout in uſibus feudorum capi ſolet d.c.1.de alien.feud.

7 Quæro modò in qua ſpecie † interpretandus

ſit textus noſter & hic Iſer.nu.2. Afflic. in princi. Curt.iun.d.conſi.138.Guliel.aper. in primis notab.not.36.Bru.conſ.24.Didac.li.2.var.reſol.ap. 18.Ceſ.conſ.224.nu.65. Capit.in d.inueſt.in verbo ex pact.& proui.uer.ſecunda declaratio Burſ. conſ.3.nu.5.& conſ.291.nu.103.cum aliis alleg. per Rolan.conſ.28.in princ.libr.3.cenſent quod intelligendus ſit loqui de feudo ex pacto & prouidentia, Verum quod loquatur de feudo hæreditario notat Bal.hic Salic.in l.2.nu.5.C.de libe. & eo.libe.Dec.conſil.445.nu.51. Iacob. in tract. feud.§.ita quod ipſi inueſtiti, Clarus in d.§. feudum quæſt.76.Rolan.dict.conſ.28. Burſat.conſi. 49.nu.47.& dict.conſ.291.nu.104.mouentur iſti doctores ea ratione, quia tenent quod in dubio feudum cenſeatur hæreditarium; & quod filius poſsit feudum ex pacto & prouidentia acceptare, & patris hereditatem repudiare, ſecus autem ſi ſit hereditarium, cum igitur in caſu noſtri capituli filius non poſsit feudum acceptare & hæreditatem patris repudiare, ſequitur, quòd loquatur de feudo hæreditario, Et Ceſal. ad tollendam hanc difficultatem cenſet textum hunc loqui de utroque feudo, hereditario, & ex pacto & prouidentia, in conſ.224 nu.15.quem falli exiſtimo, Cæterum quidquid ſibi uelit Rolan.d.conſ.28.uerius eſt, quod textus noſter intelligi debeat de feudo paterno ex pacto & prouidentia nō hereditario,

filius potest feudum acceptare et hered. repudiare

vt clare

vt clare ſenſit Iſer.in ca.1.§. hoc quoque nu 7.de ſucceſ.feud. & late defendit Io. Cannet.in conſtit. Volentes fol.103.in fi.& ſeq Sunt autem hęc feuda paterna ſeu antiqua ex pacto & prouidentia, quæ proueniunt à genere & tranſeunt in liberos non tam vi pacti q̃ ex natura rei, ac oĩbus deſcendentibus quamuis non hæredibus ſemper remanent incolumia l.3.ff.de interdict.& releg.l. familiaria cum l.ſeq.ff.de relig.& ſumpt.fun.l.quęſitum ff.de ſepul.viol.l.iura.ff.de iu. pat.l.eorum. ff.ad l.Iul.maieſt.cum alijs allegatis per Iaco.de Ardi.in ſua ſumma in tit.de ſucceſ.feud.ver. item quęritur nunquid, Nec ea deſcendentes conſequuntur ex perſona morientis, quia ius illius per mortem intercidit.l. vxor patrui C. de legat. l. quod in rerum.§.1.ff.de leg.1.vnde gloſ. & Iſern. in c.1.de feu.cognit.dicunt quod filij non acquirunt patri ſuccedendo, ſed acquiſitum capiunt. ſequuntur Bal.& Afflic.in c.1.an mut.ſur.vel alc. imperfec.Alciat.conſ.97.num.39.conſi.116.& conſ.250.in 3.dubio Ceſal.conſi.4.nu.44. Pariſ. conſ.23.nu.128.lib.1.conſi.65.num.19.lib.3. Et iſtud ius defertur ab vſu qui vim legis obtinet.l. de quibus ff. de legib.cum ſimil. quod nondum delatum tranſit in deſcendentes Io.And.ad Specul.in rub.de feu.Ruin.conſi.12.nu.9.lib.1.quinimo deſcendentes ad id genus feuda admittuntur licet non agniti, quia veniunt ex iure proprio,

 & do-

& domini conceſsione ; & non iure hęreditario Bar.in l.item prętor.ff.de ſuis & legit. Bal.in l.ſi in perſona C.de fideicom. Dec.conſi.445.nu.20.& ſeq.Et cenſentur data primo,& poſt mortem primi ſecundo & deinceps alijs ſucceſſoribus ex ordine gradus c.1.an ille qui interf.frater. dom.ſui, & mortuo primo fingitur feudum ad dominum reuerſum,& ab eo iterum conceſſum,ita quod videntur tot ab initio facte conceſsiones, quot ſunt perſone ſuccedentes. Iſern.in c.1.Imperat. lothar. frecc.in tit.de differ.feu.quęſt.1.Igitur in hac feudi ſpecie in oleuit vſus ne filius debeat aut poſsit ab eo hęreditatem paternam ſegregare, id autem poſsit alius agnatus, vt hic deciditur & in ca.1.§. filius de capit.qui cur.ven. Tho.de marin.in titu. de feu.hæred.num.35.Alciat.in d.l.quod dicitur nu.28.& huius naturę eſt omnis feudi recti conceſsio,niſi aliquo pacto ſit alterata.

His ita ꝑmiſsis dubitatũ fuit apud Obertũ de or
8 to † & quęſitũ, An agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudũ repudiata illius hæreditate , & dicendum videbatur non poſſe agnatũ repudiata defuncti agnati hęreditate ad feudum aſpirare,
9 quia feudum agnatus † conſequi non poteſt niſi defuncti hęreditatem adeat,Iac.de bel.in c.1.de eo qui ſibi vel hęred.ſuis Iſer. hic in prin.& in ca. 1.§.hoc quoque de ſucceſ.feudi Alex. conſi.10. col.3.libr.3.& ocnſil.13.col.3.& conſ.19.col.1.

lib.5.

lib.5.Pariſ.conſ.65,nu.9.lib.3.& conſi.16.nu.14. lib.1.Ruin.conſ.9.nu.2.lib.1.Curt. Iunior.conſi. 1.nu.11.& conſ.138.in fi.Alex.conſ.178.nu.4.& couſ.183.Neuiz.conſi.9.nu.9.lib.1. Grat.conſ.4. nu.42.lib.1. Rolan.qui alios allegat in conſi.90. nu.14.lib.4. Oſaſ.deciſ.23.num.33.& deciſ.162. Ceſal.d.conſi.617.nu.17. & ſeq.Eſt verum,quod ſi hæres vniuerſalis eſſe non poteſt, ſufficit ſi hæres particularis ſit Bart.l.vt iuſiurandi §. ſi.libri ff. de operis liber.& conſ.55. Dominus amatus lib. 1.Natt.conſi.159.nu.21.Soc.iun.conſi.72.col.8. lib.1.Alex.conſ.8.lib.3.Dec.conſ.208.Bru.conſ. 18.Frec. in tract.de differenti feudorum ex pacto quæſt.10. vno caſu non excludetur à feudo licet hæres non ſit, ſi hæreditatem conſequi nequeat quia alius fuerit hęres inſtitutus vel ab alio in allodialibus excludatur,Bal.Aluar.& Præpoſ.hic,Rolan.conſ.35.nu.15.lib.3.& conſ.90.nu.96.libr.4. Crau.conſ.509.nu.8.Ceſal.conſ.224.nu.26.Ferretus conſ.178.nu.7.Frec.d.quæſt.10.

8 Iſtis tamen non obſtantibus reſpondet Obertus,ſi contigerit vaſallum ſine omni prole decedere agnatus,ad quem vniuerſa hæreditas pertinet repudiata hęreditate feudum,ſi paternum fuerit retinere poterit,huius deciſionis ratio ita deducitur,quia feudum paternum ſeu antiquum ex pacto & prouidentia attauis conceſſum, ſtatim agnatis ꝙ naſcuntur acquiritur, ca.1.§.hoc autem

notandum de his qui feud.dare poſ.capitu.1.de
grad.ſucced.in feudo Bru.conſi.97.num.39.qui
licet illo vti per anteceſſorem donec viuit Impe-
diantur,eo tamen mortuo quaſi ſublato impedi-
mento ad ius ſuum admittuntur glo.c.1.in fi.de
cogn.feudi.

Cum igitur ius quod habet agnatus, ſit quid
ſeparatum ab hæreditate defuncti, vt ſuum con-
ſequatur non opus eſt vt ſit illius hæres, l.fin.§.in
computatione de iure delib. quaſi ſeparatorum
ſeparata ſit ratio l.pap.exuli ff. de minorib. Nec
obſtat quod ex aduerſo dicebatur, agnatum vt
feudum agnati defuncti conſequatur opus eſſe vt
10 illius hæreditatem adeat, quia reſpondetur non
eſſe opus quòd ſit defuncti hęres,ſed ſufficere † ſi
ſit hæres primi inueſtiti mediante perſona ante-
ceſſorum, quaſi hæres hæredis ſit illius hæres.l.ſi.
C.de hæred.inſtit.Curt.Iun.conſ.55.col.4.Crau.
conſ.98.& ita tenere videtur Alex.conſ.30.lib.
1.conſi.26.& 28.libr.5.Calder.conſ.12.de feudis
Brun.conſi.18.& conſ.25.nu.2.Alex.conſ.178.
& conſ.183.Pariſ.conſ.23.nu.167.lib.1.& conſ.
65.col.2.libr.3.Crauet.conſ.501.nu.4.conſ.509.
num.8.Thom.de mari.in titu.de feud.ex pacto &
prouid.nu.25.Rui.conſ.69.nu.16.lib.3.Rol.con-
ſil.28.nu.12.lib.3.Purp.conſ.85.nu.6.lib.1.Rol.
conſ.48.nu.50.libr.4.Burſ.conſ.3.nu.13.Capijc.
in ſua inueſt.§.feudorum genera verb. hæredita-

rium verſ. & nota bene, quæ reſponſio vera eſt & procedit vbi contendatur de feudo ex prouidentia, In quo ſufficit quòd agnatus probet ſe ab vno communi ſtipite cum agnato defuncto legitime proceſsiſſe, Frec. d. q. 10. in fi. Sed ſi feudum ſit hæreditarium antiquum tunc agnatus agnati feudum conſequi non poteſt niſi ſit etiam illius hæres, vt elleganter notat frec. in d. tit. de differentia feudorum ex pacto q. 18. Bru. 95. 122. lib. 2. Cra. conſ. 472. nu. 1. Curt. d. conſ. 138. Alc. d. conſ. 178. Thom. de marin. in tit. de feudo hæred. num. 34. quod intelligo vt declarat frecia, ſi hæres eſſe poteſt ſaltem pro parte Rol. d. conſ. 48. num. 50. & conſ. 90. nu. 46. li. 4. aliàs ſufficit quod ſit hęres primi acquirentis mediatè, quamuis Dec. conſ. 78. cenſeat indiſtincte ſufficere agnato quod ſit agnatus, vt feudum antiquum obtineat licet non ſit hæres ſequitur Ferretus conſ. 103. in 3. dubio, quod non eſt verum.

Stante præmiſsa concluſione quæſitum fuit ab oberto, an Agnatus teneatur ſatisfacere defuncti
11 creditoribus & reſpondet † quòd nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſequitur Brun. dict. conſilio. 18. nume. 13. & conſ. 104. Cra. conſ. 197. nu. 2. Alex. conſ. 30. nu. 10. li. 1. Aret. conſ. 14. Dec. conſ. 78. nu. 4. Neuiz. d. conſ. 9. num. 9. Petrus Iacobi in tit. de cond. ex moribus num. 6. Sed quomodo illis ſatisfiet de-

cien-

ficientibus bonis allodialibus, & reſpondet Obertus quòd in ſoluendo creditoribus ponetur ratio in fructibus, vt ſi vaſallus moriatur poſt calendas Martias vſque ad calendas Auguſti, fructus omnes pertinebunt hęreditati & ſic creditoribus dabuntur in ſolutum, ſi vero alio tempore moriatur ſpectabunt agnato ſucceſſori, & hoc eſt quod voluit dicere Obertus dum ait, ſecundum ea quæ ſupra diximus, ſe referens ad diſtinctionem factam quando feudum in deffectum ſobolis ad dominum reuertitur, c.1.§.his conſequenter hic finitur lex, & cum hac interpretatione tranſeunt Doctores.

Ad fillio vesponde Sed quid ſi vaſallus moriatur relicto filio, poteritne, filius feudum retinere, & hæreditatem paternam repudiare, & videbatur dicendum filium ſicut agnatum, poſſe feudum acceptare, hæreditatem autem repudiare, vt dicitur in prin. tum ne deterioris conditionis ſit filius quam agnatus c.1. §.titius cũ materia ſi de feu.defunct. tum quia feu
12 dum † cenſetur quid ab hęreditate ſeparatum & debetur filio non ex teſtamento, vel ab inteſtato ſed iure ſucceſſorio, Bald.c.1.nu.5. de ſucc.feudi, Capit. deciſ.97.Bal.c.1.§.& quia nu.5.de his qui feud.dare, & ad illud vocatur natura non hęreditate, Bal.c.1.de eo qui ſibi vel hęred.ſuis in fi.frec. In tract. de differen. feudo. ex pacto q.1. in quo ius habet ex perſona primi acquirentis ut ſupra dixi

Successorio iure

dixi, & quamuis feudum in filios tranſeat ſi hæ-
redes fuerint,tranſit tamen vt in filios, Bal.conſ.
121.num.10.lib.3.& per mortem patris tollitur
magis impedimentũ filijs adminiſtrationis quàm
quod ius ex ſucceſsione acquirant gloſ. in d.c.1.
de feu.cogn.Gul.a per.in 3.notab.nu.9.ergo ab-
ſtinere poterit ab hæreditate, & feudum conſe-
qui. His tamen non obſtantibus hic concluditur
13 contrarium quod filius † non poſsit feudum pa-
ternum retinere & hæreditatem repudiare ſed
aut vtrunque repudiet,aut vtrunq; retineat, con
cordat tex.in c.1.§.filius de cap.qui curiam ven-
didit, & cum hac interpretatione tranſeunt hic
omnes,Petrus Iacobi in tract.de condict.ex mo-
ribus nu.6.Rol.conſ.3.nu.29.lib.4. Thomas de
marinis in tit.de feudo ex pacto & prouid.num.
30.Et pro ratione inquit Bal.quod ideo filius di
uiſionem non ponit inter hæreditatem & feudum
quia eſt eadem perſona cum patre l.fin.C.de im-
pub.& alijs ſubſtit.Iaſ.conſ.38.lib.3.Socin.conſ.
26.libr.4. Cuius intereſt habere hæredem l.quia
ff.de interrog.action. Imo afficitur iniuria pater
ſi filius abſtineat hęreditate,ſecundum Iſer.& Af-
flic. hic Thomas de mari. titul. de feudo ex pa-
cto & prouid.nu.31.quaſi non liceat filio damno
ſam hæreditatem repudiare, & feudum vtile re-
tinere arg.l.hæredes C.de omni agro deſerto lib.
11.l.quidem erelogio C. de iure delib. cum de-

beat incommodum agnoſcere, qui ſentit commo dum l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. c. qui ſentit co. tit. in 6. Hæc de filio concl. de plano. procedit in feudo conceſſo pro filijs hæredibus, quod vocatur hæreditarium Iſern. hic in prin. & ſupra tetigi Natt. conſ. 130. num. 9. Ratio eſt quia cum fuerit acquiſitum pro ſe & filijs hæredibus, filijs, vt illud conſequantur conuenit vt qualitatem hę redis habeant l. 1. C. quorum bonorum Rolan. conſ. 28. nu. 6. & conſ. 55 in prin. libr. 3. Cta. conſ. 894. nu. 24. Ceſal. d. conſ. 617. nu. 81. etenim vbicunque diſpoſitio eſt qualificata, vt procedat requiritur qualitatem concurrere. c. 1. de homicid. in 6. vbi Io. Andr. l. fulcinius §. 1. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eatur. Bart. l. fin. C. de nat. liber. Dec. conſ. 443. nu. 24. Alciat. conſ. 306.

14 Hinc infertur, quod filius hęres † feudum hæreditarium paternum à patre cum domini conſenſu diſtractum reuocare nō poteſt, etiam quòd adeat hæreditatem cum Inuent. Alex. conſ. 19. 26. 28. lib. 5. Afflic. deciſ. 112. Dec. conſ. 185. in princip. Crau. conſ. 256. col. 2. Alc. conſ. 160. nu. 15. Curt. Iun. conſ. 138. Iaſ. conſ. 7. & conſ. 56. in fin. lib. 3. Gratus conſ. 4. in 3. dubio lib. 1. Hiero. Scurf. cōſ. 156. col. 1. poſt Brunum Loffre. conſ. 1. Camera. in c. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 49. de prohib. feud. aliena. per fed. Ceſal. conſ. 152. nu. 56. Pariſ. conſ. 2. nu. 32. & conſ. 3. lib. 1. Ruinus conſ. 1. num. 12. conſ.

17. nu.

17.nu.11.libr.1. Cepolla in conſ.31.nu.12.in ciuili Berous conſ.68.nu.45.lib.1. Crau.conſ.745. nu.9.& conſ.894.nu.11.Rol.conſ.44.num.8.lib. 3.& conſ.3.lib.4. Burſa.conſ.2.nu.37.& conſ.3. nu.26.conſ.89.nu.37.conſi.132.num. 10.& ſeq. conſ.291.nu.79.& 107.lib.3.frec.in tract.de differentia feud.ex pacto q.7. Thom. de marin.tit.de feudo hæred.antiquo nu.27.Capijt.in ſua inueſti. §.feudorum genera verb.hæreditarium Iſer.c.1. §.titius vbi Nardus verbo ſecus ſi de feud.defuncti, Iſer.c.1.in fi.qui ſucceſ.teneantur, vbi Nardus verbo Inuentarij, vbi in fi.reprendit Pinellum tenentem contrarium in l.1.parte 3.num.95.C.de bonis mat. Gabriel in titu. de reg. iuris concl.11. num.19.

Mouentur Doctores, quia ſi filius patris hæres eſſe debet, vt feudum conſequatur factus hæres contra factum patris non veniet l.cum à matre C.de rei vend.l.ex qua perſona de reg.iur. Crau. conſ.125.Iaſ.conſ.56.in prin.lib.3.conſ.168.col. fi.lib.4.Rol.conſ.34.nu.71.lib.4. Et agens exceptione repellitur cum pro euictione obligatus ſit l.vendicantem ff.de euict.Alex.conſ.109.libr.4.

15 Eadem ratione infertur † ne poſsit filius feudum hęreditarium à tertio præſcriptum auocare, frec. in titu.de differentia feud. ex pacto q.4. quia patiens feudum pręſcribi videtur alienare l.alienationis ff.de verb.ſig. Cenſent tamen aliqui, con-

trarium, quod filius conficiens hęreditatis paterne inueutarium hęreditarium feudum, à patre alienatum reuocare poterit, quia filius & deſcendentes ex prima inueſtitura, ius habent in feudo iure proprio ex domini conceſsione, & non ex perſona patris vt ſupra declaraui Iſer. hic col. fi. Oſaſ. deciſ. vlt. nu. 20. quod Ius cum ſit ſuum proprium non proueniens ab hęreditate, eidem ſaluum remanet ex Inuentarij confectione. l. fi. §. & ſi pręfatam, & §. in computatione C. de iure delib. l. fi. C. de euictio. l. defuncto C. ſi in fraudem patroni, & pro hac concluſione videtur text. in l. filius fa. §. cum pater de legat. 1. & ita tenet Iac. de Beluiſis in c. 1. §. titius ſi de feudo defuncti Bal. l. qui ſe patris nu. 9. C. vnde liberi Alex. conſ. 124. ſuper primo quæſito col. penult. libr. 4. conſil. 18. attentis narratis col. penul. & conſ. 19. ſuper eo col. 3. lib. 5. Dec. conſ. 185. in cauſa & conſ. 445. nu. 55. Iaſ. conſ. 56. col. 6. verſ. 4. reſpondetur libr. 3. Oſaſ. d. deciſ. vlti. nu. 14. & deciſ. 180. nu. 11. Clarus §. feudum q. 42. verſ. ſucceſsiue quęro, Socin. Iun. conſ. 112. nu. 13. li. 2. Rui. conſ. 38. nu. 21. & conſ. 154. nu. 11. lib. 1. Tiraq. in retrac. 1. part. §. 32. nu. 2.

In hac Doctorum contradictione probabilior videtur opinio, quod feudum antiquum hęreditarium cenſeatur quid ſeparatum à bonis & hęreditate paterna & conceſſum cuilibet deſcendenti principaliter, hac tamen lege quod ſi filius illud

conſe-

conſequi vellit oporteat ſimul, & patris hæredem fieri, vt hic dicitur, Verum cum nil in vſibus, feudorũ cautum legatur, an per inuentarium conficiendum, filijs ius illorum illeſum cõſeruetur concludere opportet quod illeſum remaneat beneficio inuentarij, per tex. & ibi notata in c. 1. de cognit. feu. facit regula indultum de regul. iur. lib. 6. vt hic per Iſern. nu. 9. & propterea ꝙ illis conceſſa ſit feudi alienati reuocatio Soc. Iunior cõſ. 112. lib. 2. Cra. conſ. 66. nu. 7. conſ. 501. nu. 5. 509. nu. 6. conſ. 472. nu. 1. Dec. conſ. 185. & conſ. 280. nu. 9. Pinellus vbi ampliat licet Inuentarium non fiat in l. 1. tertia par. nu. 95. C. de bonis mater. Iaſ. conſ. 56. lib. 3. & pro hac opinione eſt gloſ. d. §. in cõputatione, reſtituto tamen pretio & eo quod interſit emptoris feudi, quatenus vires hæreditarie ſuppetunt l. dotale §. fin. ff. de fundo dotali, hęc eadem facultas competit, ſi pater nulla bona in quibus filius ſe immiſceat pro hærede derelinquat, Iac. de Beluiſis c. 1. §. titius in fi. ſi de feud. defuncti, vel ſi pater alium inſtituat hęredem vt mox dicam.

16 Præmiſſa de filio concluſio † ampliatur vt procedat in feudo abſolute hæreditario, quod eſt ſi conceſſum legatur pro ſe & hæredibus quibuſcunque, de quo per Doct. in ca. 1. de feud. non haben. propri. naturam Soc. Iun. conſ. 72. col. 8. lib. 1. Iul. clarus §. feudum q. 9. Rebuffi. in præludijs in de-

in decima ſexta diuiſione de quo latè dixi in ca. 1. verbo ſancimus de prohib. feud. aliena per fed. quia omni caſu ſemper hæres erit licet ſolum feudum vellet retinere, cum non differat à cæteris bonis hæreditarijs huiuſmodi feudum, Ripa l. ex facto §. ſi quis ita nu. 16. ff. ad trebel. Crau. conſi. 256. nu. 8. Iul. clar. d. §. feudum quæſt. 76.

17 Iterum ampliatur vt procedat † tametſi filio eſſet aliquis vulgariter ſubſtitutus, cuius reſpectu dici non poteſt, defunctum hæredem non habere l. 1. vbi doc. ff. de vulg. & pup. ratio eſt, quia per ſubſtitutionem pater non eſt viſus dare facultatem filio acceptandi feudum & hæreditatem dimittendi Bal. hic nu. 11.

18 Modo præmiſſa concl. † quod filius non poſſit feudum retinere & hæreditatem repudiare, limitatur non procedere, ſi poſt repudiationem agnatis conſentientibus, Dominus filium vt de nouo feudo inueſtiat, tunc enim poterit feudum retinere omiſſa hæreditate citra onus ſoluendi æs alienum, vt hic in textu dicitur, Thomas de marin. in tit. de feudo hæred. antiquo nu. 12. Et dicitur filius vt de nouo feudo inueſtitus, ſi agnatis conſentientibus & repudiata hæreditate dominus illum de feudo ſimpliciter inueſtiat, erit itaque inueſtitus de nouo feudo licet dictum non ſit, Bal. hic Ruin. conſi. 1. nu. 18. lib. 1.

19 Secundo limitant aliqui † vt non procedat in

feudo

feudo ex prouidentia, quod filius poterit præcipnum capere repudiata paterna hæreditate, & ad ita tenendum allegatur autoritas Bulgari Irnerij & Pilei glo. in cap. 1. §. 1. verbo inueſtiri de ſucc. feud. quæ intelligit textum hunc loqui de feudo paterno, quod non ſit antiquum. Cinus in l. 2. in fin. C. de libertis & eorum libe. vbi cenſet feudum conceſſum patri & filiis in eos tranſire non vt in hæredes Alex. ad Bal. in l. qui ſe patris verb. Item quæritur C. vnde lib. Bald. hic nu. 8. Aluar. nu. 9. Prępoſ. nu. 6. Lauden. Scheneh. Paris de puteo Petrus Rauennas, Alex. l. ſi patrono nu. 14. ff. ad trebel. Natt. conſ. 130. nu. 9. Lucas de pęnna. l. ſi quis in ſacris C. de Comitib. ſacr. ſcrin. lib. 11. Rub. in d. l. gallus §. quidam recte nu. 181. Clarus §. feudum q. 76. Pinellus qui dicit hanc eſſe communem opinionem in l. 1. 3. part. nu. 85. C. de bonis matern. freç. in tit. de differentia feudo ex pacto q. 10. in fi. Capijt. in inueſt. §. ex pacto & prouiden. verb. tertia declaratio Oſaſc. in deciſ. 162. nu. 3. mouentur præmiſsi Doct. quia hoc feudum filij habeut iure proprio, ex conceſsione & prouidentia primi inueſtientis, vt gloſ. hic notat, & non ex beneficio paterno, Ergo vt quid ſeparatum ab hęreditate, & vt rem propriam aut maternam, citra hæreditatis immiſtionem, conſequuntur, gloſ. d. c. 1. de cog. feudi arg. l. quicunque §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi

ff. de

ff. de operis libert. §. optimum in aut de exib. reis. l. ſi arrogator §. ſi impuberi ff. de adopti. l. 3. ff. de interdictis, cum alijs allegatis per Iac. de Ardiz. in ſumma tit. de ſucc. feudi verſ. Item quæritur nun quid repudiando, addit frec. d. titul. & q. 8 quod feudum ex prouidentia non cenſetur quid hæreditarium, nec venit in reſtitutione fideicommiſsi, aut generali quitatione Bart. in l. item videndum §. fi. ff. de pet. hęred. & pro hac parte videtur textus in d. l. filius §. cum pater.

Sed quod filius non poſsit ſeparare ab hęreditate patris feudum ex prouidentia, ſed quod aut habeat vel vtrunque repudiet, tenet Iac. de Ardiz. in ſumma d. ver. item quęritur, Iac. de Beluiſis hic quem Bal. Aluar. & prępoſitus approbant, Io. Andreę ad Spec. in titu. de feudis §. quoniam, verbo directæ, Sonsbec. in tract. parte nona nu. 159. & 165. Aret. conſ. 14. num. 13. Cap. deciſ. 97. nu. 2. Lofre. conſ. 1. nu. 68. Soc. Iun. 95. 114. in prin. lib. 2. Burſa. conſ. 3. nu. 5. Cefal. conſ. 224. num. 65. Curt. Iun. conſ. 138. Bru. conſ. 24. Dec. conſ. 208. in fi. Thom. de marinis in titu. de feudo ex pacto & prouid. num. 26. Afflic. hic.

Eſt verum quòd Iſernia viſus eſt, in aliquibus locis tenere, quòd non poteſt diuidere feudum ab hęreditate, & alibi tenet quod poſsit, & Nardus hic verbo prouidentia colligit loca & contradictiones, quarum aliquas prius notauerat Capijt.

pit. d. verſi. tertia declaratio, & tandem interpretatur Iſerniæ mentem fuiſſe, ſecundum ſummam Iacobi Ardizoni per eum allegatam iuxta notata per Barto. in l. non ſolum §. ſi liberationis ff. de lib. legata, vt filius non poſsit repudiare hæreditatem, & feudum acceptare, ſi poſsit heres eſſe, quia fuerit à patre inſtitutus, vel ſi deceſſerit ab inteſtato, ſi vero alter inſtitutus ſit, quia non cogitur querelare, habebit feudum præcipuum, idem ſi nulla bona allodialia relinqueret, & hæc pars mihi probabilior, & verior videtur, Nard. hic ad Iſern. verbo in hoc ſuccedit. Thom. de marin. in tit. de feu. ex pac. & prouid. num. 37. Non omitto quod Oſaſ. interpretatur. c. noſtrum d. deciſ. 162. ſub nu. 9. quod loquatur in feudo informi, quod in vſibus feudorum non reperitur, De quo ſi facta legatur conceſsio pro ſe & liberis, quod tunc poſsit filius repudiata hæreditate feudum conſequi, q̃ ſanè reſolutio eſt verbalis vt & ipſe in fine dictæ deciſionis aduertit, ac ideo reijcienda Ratio autem quare vſus ſic innoleuerit multiplex allegatur, & inquit Bald. quod ideo filius diuiſionem non ponit inter hæreditatem & feudum, quia eſt eadem perſona cum patre l. fina. C. de impuber. in aut. de Iureiuran. à moriente præſti. arg. l. iſti ff. quod metus cauſa Iaſ. conſ. 38. libr. 3. Soc. conſ. 26. libr. 4. Cuius intereſt habere hæredem. l. & quia. ff. de interrog. action. Imo afficitur

iniuria pater, ſi filius abſtineat ab hæreditate ſecundum Iſer. hic, & Afflic. Camera. c. 1. §. prætere a verſi. 4 ſpecies de prohib. feud. alien. per fed. ſonsbech. in tract. parte nona num. 161. Thomas de marinis in tit. de feudo ex pacto & prouid. nu. 31. & ne alioqui omiſſo paterno medio à patruo quandoque excludatur pro parte, vt Cuiacius hic aduertit, addi poteſt quod non licet filio damnoſam hæreditatem repudiare, & feudum vtile retinere Arg. l. hæredes C. de omni agro deſer. libr. 11. l. quidam erologio C. de iure delib. Ang. cõſ. 184. col. 1. ex forma, nam & incommodum ſentire debet qui commodum agnoſcit l. ſecundum ff. de reg. iuris.

20 Dixerit aliquis, ſi filius † hæres eſſe debet patris, vt feudum nanciſcatur, inſolidum tenebitur oneribus hæreditarijs ſatisfacere, quibus forte continget feudum cum allodijs errogari, Reſpondet Iſer. Afflictus & alij quod filijs cõſultum erit, in hoc feudo ex prouidentia vt præcipuum & ſaluum eis remaneat, cum fructibus ſecundum diſtinctionem cap. 1. §. his conſequenter hic finitur lex, ſi paternam adiuerit hæreditatem facto inuentario, Iſer. hic Rolan. conſ. 44. lib. 3. Thom. de Marinis in tit. de feudo ex pacto & prouidentia nu. 33. Ruin. conſ. 25. nu. 10. lib. 2. Paul. de Caſt. in l. pro hærede §. ſi quid tamen ff. de acquir. hęred. num. 4. Rub. conſilio. 59. Burſat. conſ. 3. nu. 39. d.

consil.

conſ.291.nu.69.& ſeq. Curt. Iuni. conſ. 322. nu.
21 9.& ita cenſent quod inuentarium † proſit pro conſeruatione feudi ex prouidẽtia, Iſer. & Afflic. hic, Iſer. c. 1. in fi. qui ſucc. teneam. Bal. in l. qui ſe patris col. 10. nu. C. vnde liberi Alex. conſ. 19. & conſ. 33. lib. 5. Dec. conſ. 285. col. 1. Curt. Iun. conſ. 155. & in feudo ex prouidentia pauci ſunt qui contradicant, Thom. de Marin. tit. de feudo ex prouidentia nouo, num. 17. ita quod confecto inuentario filius ſibi feudum ex prouidentia conſeruat illeſum & creditoribus reſpondere, ſolùm tenetur, quatenus ſuppetunt allodialia, Burſat. d. conſi. 291. num. 75.

22 Sed an proſit in feudo hęreditario, & Iſer. in c. 1. in fi. princ. de prohib. feud. alien. per fed. cenſet quod non proſit, ſequitur Alex. conſ. 19. conſ. 28. lib. 5. Lofre. conſ. 1. nu. 145. Rui. conſi. 38. nu. 15. lib. 1. Grad. conſ. 4. in 3. dubio Nardus ad Iſer. d. c. 1. verbo inuentarij, qui ſucc. tenean. Burſa. conſi. 31. num. 13. conſi. 89. num. 37. d. conſ. 291. num. 79. & 131. Alc. conſi. 160. Thom. de Marinis tit. de feud. hęred. nu. 39.

Sed quod in feudo antiquo hęreditario proſit inuentarium, tenet Oſaſ. deciſ. 181. Menoch. cõſ. 181. num. 61. lib. 2. Phanut. in tract. de inuentario parte 6. nu. 17. cum aliis allegatis per D. Ant. Solam in commentarijs decretorum Sabaudię, c. quia plerique, gloſ. 1. nume. 5. & ſuperius tetigi.

Quę opinio mihi probabilior videtur quia tamet ſi feudum conceſſum pro ſe & hęredibus dicatur à Doctoribus hęreditarium, quod oporteat eum qui vult conſequi feudum hęredem eſſe, non propterea feudum res hęreditaria eſt, quinimo dicitur quid ſeparatum, à rebus hęreditarijs, vt ſupra fuit dictum, non mirum igitur ſi illud conſeruatur ex inuentario.

Pręmiſſa concluſio quod filius conficiens inuentarium ſibi feudum conſeruat declaratur non procedere in hac patria Pedemontana, & Sabaudiana in qua data eſt licentia Vaſallis feuda alienandi pro dotibus & donationibus propter nuptias conſtituendis vel reſtituendis aut alijs neceſſitatibus vaſalli ſubueniendis, pro illis enim caſibus filius obligatur ſatisfacere creditoribus quatenus ſuppetant vires patrimonii & feudi, vt dixi in c. 1 §. titius ſi de feudo defuncti. Oſaſ. deciſ. 164. Crau. in conſi. pro genero numero...

feudu dotis causa potest alienari pro dotibus

23 Tertio intelligunt Doctores deciſionem textus noſtri eſſe veram, ſi filius uelit repudiare hęreditatem, ſed ſi adepta hęreditate uelit feudum repudiare, permittetur c. 1. de uaſallo qui contra conſtit. Loth. Bal. Aluar. Afflic. & omnes hic Iac. de Ardiz. in ſumma c. 92. Thom de Marin. in d. tract. tit. de feudo hęred. antiquo nu. 3. Abbas c. quę in eccleſiarum nu. 19. de conſtit. ubi Feli. col. penul. Curt. in tract. parte 4. nu. 135. Zaſ. in epit. feudali

feud.par.10.nu.85.& par.12.nu.14. Sonsbech.in tract.feudi par.12.nu.114.quod reſtringit Fel.d. c.quæ in eccleſiarum aliquibus caſibus, Iul.Clar. d.§ feudum quæſt.34.

24 Quarto limittatur † vt procedat, quando per filium ſtare non poteſt quin ſit hæres patris ſi velit, ſed ſi filius volens hæres eſſe, nequeat, quia ſit prę teritus vel inſtitutus in re certa, tunc feudum paternum conſequetur, nec pro debitis hęreditariis obligatur Iac.de Beluiſ. Bal.hic nu.2. Afflic.nu. 19.Bru.conſ.104. Mari.frec.in tit.de diff.feudo. ex pacto q.13. Thom.de Marin.d.tract.de feudo hæred.antiquo nu.4.& ſeq. Rol.conſ.67. nu.13. lib.2.& conſi.53.lib.3.Brun.conſ. 18.num.15.& conſi.121.verſ.6.facit lib.2. Ruin.conſ.17.nu.2. lib.1.Natt.conſ.679.nu.18. Capit.in ſua inueſtit. §.feudorum executiones verb. limita ſecundo. Purpu.conſi.85.nu.7. & ſeq.lib.1. Rol.conſi.48. nu.15.& ſeq.& nu.50.lib.4.vbi ampliat ad agnatum, Purpu.conſi.149.lib.1.Ratio eſt in filio prę terito, quia per ipſum non ſtetit quin fuerit hæres, & licet poſsit dicere paternum teſtamentum nullum, tamen non cogitur arg.l.ſi iudex ff.de minori.Bal.hic nu.10. & Ideo feudum habebit, at in filio cui res certa eſt relicta ratio eſt, quia in feudis de quibus nulla valet ordinatio c.1.de ſucceſ.feudi, non conſideratur hæreditas diſtributiue, ſed ſola hæredis qualitas denominatiue, ſecundum

dum Iaco. de Beluis. & Bald. hic & ideo feudum
25 † filij inequaliter inſtituti equaliter diuidunt So
cin. in conſi. 72. col. 8. lib. 1. Bar. l. vt iuſiurandi §.
ſi liberi nu. 3. ff. de oper. lib. Alex. l. quędam §. ni-
hil nu. 7. ff. de eden. Bal. in c. 1. de ſucc. feudi Alex.
conſi. 19. col. 3. libr. 5. Crau. conſi. 192. col. 1. Iul.
Clar. in ſuo tracta. ſententiarum. §. feudum q. 86.
Curt. in trac. in 3. parte nu. 8. Bru. conſi. 135. col.
17. verſi. quod ſi dicatur, lib. 2. Ruin. conſ. 9. nu. 9.
lib. 1. Quia vt dictum eſt non valente defuncti di-
ſpoſitione datur ſucceſsio ab inteſtato Bart. l. 1.
C. de ſecundis nuptijs, Dec. in l. ius noſtrum in ſi.
ff. de reg. iur. Quicquid aliter ſenſerit Rol. à valle
conſi. 23. num. 4. cum ſeq. lib. 1. & in conſ. 10. in 1.
dubio lib. 3. Natt. conſ. 159. nu. 10. cum ſeq. quo-
rum opinio poſſet procedere in re emphiteotica
hæreditaria, vt notat Alex. d. §. nihil nu. 6. & ſeq.
Iul. Clar. in §. emphiteuſis quæſt. 38.

Requiritur itaque vt filius feudum ab hæredi-
tate ſeparare nequeat quod hæreditas paterna
ſit ſibi delata & dicitur delata, quam poteſt ad-
eundo conſequi. l. delata, ff. de verbo. ſignifi. alias
poterit feudum conſequi ſi hæreditas alijs delata
ſit Bal. hic in l. 3. in fin. C. de fideicom. in c. 1. hoc
quoque nu. 10. de ſucc. feudi Natt. d. conſ. 159. nu.
22. Rol. d. conſi. 513. & conſi. 57. nu. 77. lib. 3. &
conſi. 3. nu. 13. & conſ. 40. nu. 46. lib. 4. ne alioqui
permittamus parentes fraudare filios bonis, quæ
à ge-

à genere citra eorum curam receperunt l.2.vbi Doct.ſi in fraud.patro. iniquum enim eſſet ſi propter paternam irrationabilem voluntatem feudum excluſis filijs ad agnatos tranſiret quorum melior eſſe non debet quàm filiorum conditio, gloſ. & Doct.in c.1.§. Titius ſi de feudo defuncti, & quorum maxime intereſt feudum habere, poſtquam ab aliis bonis excluduntur Afflic. hic poſt Iac. de Beluis.nu. 19.

26 Sed quid ſi filius † exhæredetur à patre, poteritne feudum petere, & videtur quod ſic argu.l. vel quæ §.exhæredatus ff. de relig. & ſumpti funer.Gul.a perno in ſuis nota.4.not.nu.71.Refert an cauſa exhæredationis ſit probabilis, vel probata,& tunc filius feudum conſequi non poteſt Pariſ.conſ.106.nu.26. libr.1. & ita intelligo Petr.Iacobi in practica tit.de feudo ex morib.nu.9.quia ſicut ſi intercedant cauſæ exhæredationis inter vaſallum & Dominum,priuatio feudi conceditur c.1.§.prædictis modis Quæ fuit prima cauſa ben. amitt.ita ſi iuſta patrem cauſa mouit ad exhæredandum,filius ex ea efficitur infamis,quia in curia conſiſtere nequit c. 1. §. ſi vaſallus culpam ſi de feudo defuncti,quòd intelligit Thom.de marin.in d.tracta.de feud.hæred. antiquo nu.13. & 14.verum eſſe,& procedere in feudo hęreditario & ex prouidentia nouo, ſequitur. Marinus frecia in tractatu de differentia feudorum ex pacto differentia

rentia 23. niſi nominatim filius in conceſsione eſſet vocatus, ſi vero exhæredatio non ſit iuſta, nec probabilis filio querelante teſtamentum, cancellatur exhęredatio, & res ad cauſam inteſtati reducitur, Propterea quod filius conſequetur hęreditatem & feudum ſi voluerit Thom. de Mari. d. tit. de feudo hęreditario antiquo nu. 6. feudum tamen retinere & hęreditatem dimittere non poterit, vt hoc textu, at filio tacente, licet per conſenſum delictum non inducatur, quod factum non eſt Bal. conſ. 98. lib. 2. Io. de anna. & ibi Bolog. conſ. 17. tamen propter pręſumptionem orientem ex paterna atteſtatione, admittẽdum eſt filium nec ad feudum poſſe aſpirare, qui neglexerit noxam purgare, Iacob. de Ardiz. in ſumma de ſucc. feudi verſ. an filius exhęredatus Aluar. in c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dare poſſ. Curt. in tract. parte 3. num. 7. Zaz. in epit. feudali ee ſucc. feudi nu. 7. Iul. Clar. in d. §. feudum. q. 24.

Nec obſtat id quod notatur in d. §. exhęredatus, quia ſecundum tempora illius, legis exhęredatio non erat limitata ad cauſas infamatorias, per quas feudum perditur quod hodie legitur immutatum.

27 Quinto limitatur concluſio † huius capituli ſupra poſita vt non procedat, ſi filius patre viuente paternę hęreditati renuntiauerit, poteſt enim filius ſi vult illi renuntiare Doct. l. fi. C. de pactis l.

pactum

pactum C. de collat. c. quamuis de pactis lib.6. At mortuo patre feudum ſolum conſequetur, ratio eſt, quia per renuntiationem ab hæreditate eſt excluſus, non a feudo, quod non venit in generali renuntiatione, c. 1. §. in generali, ſi de feudo defuncti Bal. hic, & poſt eum Alua. Bar. l. item videndum §. fin. ff. de pet. hæred. frec. de diff. feud. ex pacto, q. 8. Præpoſ. Laud. Afflic. & alij hic, Zaſ. in epit. de ſucc. feudi nu. 9. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif. 4. parte. 5. declaratione, Tomas de Marin. d. tit. de feudo hæredit. antiq. nu. 7. Capit. d. §. feudorum executiones, verb. limita tertio Rol. conſi. 3. num. 14. lib. 4. & quamuis doct. tranſeant cum hac opinione, tamen illa non videtur vera niſi aliquis ſit hæres patris.

28 Sexto limitatur in nepote† qui ſi ſuccedat auo, vt quia interim eius pater præmortuus ſit, poterit hæreditatem paternam, ſi quam reliquit, repudiare, & feudum cum hęreditate auita retinere, ſi vero filius iam feudũ viuente patre adeptus fuiſſet, nepos non poſſet illud ab hæreditate diuidere Bal. hic nu. 18. Zaſ. in epit. in tit. de ſuc. feudi nu. 11. Thom. de Mari. d. tit. de feud. hæred. antiquo num. 9.

Deuenio modò ad notabilia, & primo nota-
29 tur † in hoc tex. quod moriente aliquo vaſallo ſine filiis, agnatus ad quem ſpectat mortui hæreditas, poterit repudiare hæreditatem, & feudum

acceptare,hoc verum eſt,ſi feudum ſit paternum,
& agnatus originem trahat a primo inueſtito, Et
30 paternum † in caſu huius c. ſumitur pro feudo ex
pacto & prouidentia, vt gloſ. & Doct. hic interpre
tantur, Thom. de Marin. in d. tract. titul. 1. num. 2.
Decius conſ. 445. nu. 51. cum aliis cumulatis per
Oſaſ. d. deciſ. 162. nu. 1. & ſeq. Paternum autem ge
neraliter appellari poteſt quodcunque maiorum
ſupra in infinitum fuit c. 2. de verbo. ſignific. facit
tex. in l. 4. §. 1. ff. de in ius voc. in l. appellatione pa
rentis ff. de verb. ſignifi. At feudum paternum ſtri-
ctè & large capitur, feudum paternum ſtrictè di-
citur, quando fuit acquiſitum a patre vel ab ali-
quo ex aſcendentibus vſque ad quartum gradum
incluſiue: largè vero paternũ eſt, quando fuit
acquiſitũ ab aliquo ex aſcendentibus ſupra quar-
tum gradum quod proprie appellatur antiquum,
vt per omnes Doctor. in prælud. & in c. 1. §. 1. de
ſucc. feud. Zaſ. in epit. de feud. pat. Curt. in tract.
par. 1. q. 8. Capit. in d. inueſt. §. feudorum genera,
in verbo paternum, & in verbo antiquum Iul. Cla
rus d. §. feudum. q. 8. Alex. conſ. 30. col. 2. li. 1. cõſ.
26. nu. 7. lib. 5. Dec. conſ. 208. nu. 9. conſ. 263. col.
1. & conſ. 445. nu. 5. late Thom. de Marin. in tit.
de feud. ex pact. & prouid. antiquo num. 2. & nu.
9. procedit itaque prædictum notabile in feu-
do paterno, ſiue antiquo, & ſimiliter tenẽdum eſt
in feudo nobili, quia tale feudum iure antiqui feu

di cen-

di cenſetur, Dec.conſi.53.Grat.conſi.4.num.5.&
31 11.lib.1.Si vero feudum eſſet nouum, † tunc feudum non ſpectaret agnato, ſed ad dominum deuolueretur, c.1.de ſucc.frat.glo.& Doct.hic, Ratio autem conſuetudinis relatæ in hoc notabili eſt, vt iam dixi, quia agnatis in infinitũ naſcituris a primo inueſtito ius quæſitum eſt ex prima inueſtitura c.1.§.cum vero, De his qui feud.dare poſ. Bal.hic, dixi in c.1.§.titius, ſi de feudo defuncti, quod ius remanet impeditum pro adminiſtratione gloſ.in c.1.de cogni.feudi, dum proximior reperitur poſsidere, illo autem mortuo tollitur impedimentum, & ſubſequens inuitatus omiſſa illius hæreditate feudum vt ſibi debitum auocat, quod verum eſt, ſi hic agnatus fuerit hæres primi inueſtiti Aluar.hic Rol.d.conſ.10.nu.19.Pariſ. conſ. 16.nu.13.lib.1.Ruin.conſi.17.nu.11.lib.1.aut hæreditas non delata, vt ſupra declaraui. limitatur
32 hęc † concluſio, vt non procedat in feudo abſolute hæreditario, vt ſi conceſſum legitur pro ſe & hæredibus quibuſcunque, vel pro ſe & quibus dederit, vel pro ſe & ab eo cauſam habentibus, hoc enim non differt ab aliis bonis allodialibus, poteſt alienari, legari & in eo omnes ſuccedunt Doct.ca.1.§.feudum ea lege.ſi de feudo defuncti c.1.de feudo non hab. propr.nat.feudi Soc.in d. conſ.72.col.9.lib.1.Pariſ.conſi.65.num.16.lib.3. Cur.in conſ.1.col.2.Ozaſ.in deciſ.161.nu.16.Iul.

Clar.d.q.9.Pariſ.conſ.23.nu.170.lib.1.& non fit reſtrictio ad habiles, ſecundum Bald.in l.cum virum C.de fideicommiſsis, quia diſpoſitio hominis non reſtringitur ad habiles, ſed generaliter intelligitur, Fel.c.in pręſentia de probat.Alex.Iaſ.l.1.§. nuntiatio ff.de oper.nou.nuntia.Pariſ.d.conſ.23. nu.170.Natt.conſi.159.nu.6.& ſeq. Rol.d.conſ. 10.nu.29.

33 Secundo notatur † quod agnatus, qui feudum capit, & hęreditatem defuncti dimittit, prout dimittere poteſt, vt hic dicitur, ſequitur Alex.conſ. 40.nu.10.libr.1.Aret.conſi.14. Dec.conſi.78.nu. 4.Bru.conſ.25. non tenetur pro ęre alieno à defuncto contracto, Ruin.conſ.17.nu.11.lib.1. Ratio eſt quia agnatus feudum capit virtute primę inueſtiturę, vt ſibi debitum, glo.c.1.in fi.de cogn. feudi, quod grauari ęre alieno a defuncto non potuit, c.1.§.donare. Qualiter olim feudũ alien.pot. c.1.§.1.de prohib.feud.alien. per fed. quę limita-

34 tio, † non procedit, ſi debita occaſione feudi ſint facta, Tunc enim nullis bonis allodialibus exiſtentibus, agnatus ſucceſſor tenetur etiam de feudo ad illorum ſatisfactionem, vt ſi pro ſeruitiis feudalibus fructibus non ſuppetentibus vaſallus pecuniam mutuo accepit, vt ſi caſtro ruinam minante vt reficeret ſe obligauit, certe his & ſimilibus caſibus, admittendum eſt agnatum ſucceſſorem obligari ad ſatisfaciendum, & id maxime pro funeris im-

ris impenſa, quod Iſer.& Afflic.hic approbant, frec. in tract. de auct. baro. in 29. auct. num. 10. Bal.conſ. 232.lib.3. Bru.d.conſ.104. Crau.conſ. 197.col.1.Sonsbec.in tract. feudali parte 12.nu. 100.Bal.l.2.C.commu.de legatis.

35 Si vero domino aperiretur † dominus his ſatisfacere ſecundum, Natam conſ 616.col.fi.non obligaretur, Sed contra tenet Marinus Frec. in tract.de auctor. baron. in 29.auctor. num.6. Vbi etiam ampliat quando dominus conſenſiſſet obligationi contracte per vaſallum, quia tunc deuoluto ad dominum feudo, dominus pro obligatione tenetur ſatisfacere nullis alijs bonis exiſtentibus, allegat Iſer.c.1.§.ſi clientulus de alienat: feudi & in l.conſtitutionem diue memorie de reuocat: feudorum, & idem erit ſi dominus vaſallo vt hæres ſuccederet, quia eius creditoribus ſatisfacere obligatur, ibi nu.9.ſequitur. Capit.in ſua inueſt. §. feudorum exceptiones verb. dominus & in verb.ex cauſa iudicati, Iſer.hic ſub nu.3. & 4. Camera.in c.Imperialem fol.18.verſi.4.& vltim.

36 Tertio notatur, quod fructus † feudi pendentes, ſi vaſallus moriatur poſt calendas martias vſq; ad calendas ſeptembris, licet pars fundi dicantur l.4.ff.de vſufruct. tamen non ſunt feudales, Bal.c.1.nu.8.de ſucc.feudi Boer.deciſ.199.num.7.Lofred.conſ.46.nu.17.Frec.in tit.a regnicolis verſi.21.limito, & ita cedunt vtilitati hæredis, vel credito-

ditorum defuncti, rationem autem tetigi in c.1. §.his conſequenter hic finitur lex.

37 Quarto notatur, quod ſi filius † ſe abſtineat ab hæreditate, & feudo paterno, via agnatis proximioribus aperitur ad feudum, & ita in feudis habet locum ſucceſſorium edictum, ſicut habet locum carbonianum, & ventris nomine, ſecundum Bal. & alios hic.

Quinto notatur, quod agnatis cõſentientibus, quibus feudum fuit apertum per repudiationem hæreditatis a filio factam, poterit filius citra periculum alicuius oneris hæreditarij feudum a domino impetrare. Ratio autem eſt, quia tunc videtur filius feudum a domino ſimpliciter accipere, vt rem nouam, vel a perſona agnatorum, & ſicut ipſi poterant ab hæreditate abſtinere accepto feudo, ita & filius veniens ex perſona eorum, hoc modo colligendum eſt notabile hic in fi. & non ſecundum Afflic. in vlt. notabili, qui male notat, & non eſt verum illud, quod dicit, quia filius nõ poteſt renuntiare feudum domino, antequam ſe hæredem patris declaret, & poſt declarationem ſera atque inutilis eſt renuntiatio pro excuſatione, ne teneatur creditoribus reſpondere, l. & ſi ſine §. ſed quod Papinianus ff. de minorib.

Vltimo notandum eſt quod in vſibus feuda-
38 libus appellatione † agnatorum non venit filius, alias non eſſet Rub. concepta, An agnat. vel

filius

filius Bru.conſ. 80.licet ſecus ſit de iure communi.l.filius de ſu.& legit.

Expeditis notabilibus capio gloſſam primam, & quia in textu dicitur, quod agnatus poteſt feudum paternum retinere, & hæreditatem agnati defuncti repudiare, dubitari potuiſſet, quid ſi feudum eſſet nouum, & reſpondet gloſſa, quòd tunc agnatus non poſſet feudum habere, ſed ad dominum reuertitur in defectum deſcendentium c.1. de fratr.de nouo benef.inueſtitis c.1.§.ſi duo de feudo. Marchie, Gloſſ.2. quærit rationem quare agnatus poteſt feudum paternum retinere reiecta hæreditate agnati defuncti, & reſpõdet quod propterea poteſt retinere feudum, quia illud capit ex prouidentia principali, ideſt ex prima conceſsicne, & non ex Iuditio vel ſucceſsione vltimi defuncti, & pro hac ratione eſt in arg.tex.in l.ſi arrogator ff. de adopt. & ad propoſitum allegat multa iura Iacob.de Ardiz.in ſua ſumma de ſucc. feudi verſi. item quæritur, quod ſupra latius explicaui.

39 Glo.tertia quia in textu † dicitur quod vt de fructibus natis in feudo creditoribus ſatisfiat, cõſideratur tempus, quo mortuus eſt vaſallus ſecundum quod ſupra dictum eſt, aperit illud, quod ſupra dictum eſt, id eſſe, quod ſi vaſallus decedat ſine filijs, & feudum domino aperiatur, ſi ante Martium omnes fructus cum feudo domino ſpectant,

ſi poſt

ſi poſt Martium vſque ad calendas ſeptembris hæredibus vaſalli, c. 1. §. his conſequenter hic finitur lex, ita per eandem rõnem ſi vaſallus moriat̃ ante calendas martias, vel poſt calẽdas ſeptembris, fructus applicabuntur agnatis ſuccedentibus in feudo, ſi vero poſt calendas martias vſque ad calendas ſeptembris, creditoribus dabuntur in extinctionem eorum crediti, & cum gloſſa tranſeunt omnes hic, Cumanus tamen in l. diuortio. ff. ſoluto matrimonio, & conſi. 99. Alex. d. l. diuortio Bru. cõſ. 106. tenent quod fructus diuidi debeant pro rata vltimi anni quo vaſallus uixit, ſed hi doctores non meminerunt huius textus in verbo ſecundum quod ſupra diximus, propterea non eſt recedendum a glo. vt dixi in d. §. his cõſequenter, frec. tit. de differ. feudorum ex pacto quæſt. 5. Soc. d. l. diuortio nu. 9. ſi vero fructus eſſent a ſolo ſeparati, non ſunt feudales, & cedunt vtilitati hæreditatis Bald. conſ. 70. lib. 2. Curt. in tract. 1. parte verſi. 6. principaliter quæro.

Gloſ. in verbo repudiare, quia in textu dicitur quod filius non poteſt repudiare hæreditatem paternam, & feudum retinere, ampliat concluſionem huius. c. procedere ſiue feudum ſit nouum, ſiue paternum, & quando eſt paternum ad agnatos deuoluitur, vt hic dicitur in fi. ſed ſi ſit nouum domino aperitur, quia in eo nemo ex tranſuerſalibus ſuccedit, c. 1. in fin. de ſucc. feudi gloſſ. 1. hic,

quod

quod ampliat Afflic.hic num.18.ſiue feudum ſit hęreditarium,ſiue ex pacto & prouidentia,quod verum exiſtimo vt ſupra dixi, At quia in textu dicitur,quòd agnati poſſunt feudum acceptare, & hæreditatem agnati repudiare,colligit glo.conditionem in hoc filiorum eſſe deteriorem, quam agnatorum,de qua meminit, & ampliat ad alios caſus, Thomas de Marin.in tract.de generi.feud. in tit.de feudo ex pact. & prouid.num.41.verùm Doct.medentur huic deteriorationi,vt equalis ſit conditio, ſi filij adeant hęreditatem cum inuentario, & ideo non erit deterior conditio filiorum,ſi conſuetudini ſatisfacientes inuentarium conficiant hæreditatem patris adeuntes, male enim de filijs præſumitur,ſi inuentarium facere neglexerint, propterea ſibi imputent ſi feudo priuantur nolentes ſe hæreditati immiſcere, c.damnum de regul.iuris in 6.

Subiungit glo.in fin. quòd mirum videtur,filium non poſſe hęreditatem repudiare,& feudum paternum retinere, attento quòd feudum paternum filius capit potius ex principali prouidentia,quam iuditio defuncti,vt in 1. & 2.gloſ.notatum fuit,quod latius declarat Thom.de Marin. in titu.de feudo ex pacto,& prouid. in prin.allegans multa iura, ſed nihil ſoluit, propterea quod Bal.& non nulli alij hic differentiam ponunt inter feudum paternum hęreditarium, & feudum ex

prouidentia, vt primo caſu procedat id, quod dicitur in hoc textu, At ſecundo poſsit filius repudiare patris hæreditatem, feudum autem retinere Pinellus in l. 1. in 3. par. nu. 85. C. de bonis mater. quod non eſt verum per ſupradicta, Afflic. hic num. 18.

40 In fine querit gloſa, an idem iudicari † oporteat in emphyteuſi, quod concluſum eſt in feudo, vt filius nequeat emphyteuſim cõſequi, niſi ſe immiſceat hæreditati paternæ, & reſpondet quod hinc inde ſtant pro emphyteuſi, ſicut pro feudo argumenta, at Iſer. & Afflic. hic cenſent, quod filius emphiteote non poſsit ſegregare emphyteuſim ab hæreditate, ſi conceſſa ſit pro ſe, & filijs, ſiue ſit eccleſiaſtica, ſiue priuata, & omnia quæ dicta ſunt de filio vaſalli militare in filio emphyteote, Bald. tamen poſt Iac. de Beluis. Laud. Aluar. Præpoſ. Petr. Rauen. hic, Iul. Clar. in d. lib. ſententiarum §. emphyteuſis quæſt. 37. Cenſent referre, an emphyteuſis conceſſa ſit pro ſe, & filijs, vel pro ſe & hęredibus, vt primo caſu poſsit filius repudiata hæreditate paterna emphyteuſim acceptare, At ſecundo, debeat ſimul hæreditatem, & emphyteuſim accipere, aut vtrunque dimittere, Bar. l. vt iuſiurandi §. ſi liberi nu. 4. ff. de operis liberto. Iaſ. l. 2. nu. 188. C. de iure emph. Didac. lib. 2. vari. reſol. cap. 18 Alc. in reg. prima de prę ſump. cap. 31. & ibi apoſtilator, & in l. quod dicitur nu. 2. ff. verb. oblig.

oblig.Bar.l.quod dicitur num.6.& in l.ſi tibi §.ſi pactus nu.9.ff.de pactis.

Verum Bar.Aret.Alex.Iaſ.Soc. Rub.& alij in l. Gallus §.quidam recte in primo capite, prædictæ diſtinctionis aliam adiungunt, videlicet, quod aut pater ſtipulatur pro ſe & filiis rem, quæ de ſui natura tranſit ad omnes hæredes, & tunc viſus eſt pro illis ſtipullari ordine ſucceſsiuo, Ita vt admittantur ſi ſint hęredes, & ponunt exemplum in re emphiteotica conceſſa a priuato, Crotus in l.qui Romæ §.duo fratres in quæſt.10.Bar.ff.de verb.obligat.aut ſtipulatur pro ſe, & filijs rem, quæ non tranſit de ſui natura ad extraneos hæredes, & tunc filius poterit repudiare hęreditatem patris, & rem illam habere, & Doct. ponunt exemplum in re emphyteotica conceſſa ab eccleſia, Bar.in l.ſi non ſortem §.libertus in fin.ff.de condit.indebit. Iaſ.d.§.quidam recte & hæc vltima diſtinctio cõmuniter recipitur, Alex. Aret.Iaſ.l.quod dicitur ff.de verb.oblig.& in d.§.ſi pactus, Refert Rub.d. §.quidam recte nu.149.& nu.176.

Verum contra pręmiſſam doctrinam videtur caſus in præſenti, c.& propterea, Bar.poſt Iaco. de Beluiſ.hic, vbique cenſet, textum noſtrum procedere de conſuetudine, ſuam vero opinionem eſſe in iure communi comprobatam argumento operarum pręſtandarũ per libertos patronorum liberis, quę filiis debentur, vt filijs, & non vt here-

dibus, quibus licet non hæredibus præſtantur pro virilibus portionibus, d.l. vt iuſiurādi §. liberi l. Fabriles ff. de operis libert. l. Paulus. §. fi. de bonis libert. l. pro hærede §. ſi quid ff. de acq. hær. l. 3. ff. de interdicti, eodē modo iura ſepulcralia, & actio ſepulcri violati filijs cōpetunt, licet hæredes nō fuerint, l. ſepulcri in fi. l. penult. ff. de ſepul. violat. l. vel quę §. 1. ff. de religio. & ſumpt. funer. Sed ſic eſt ꝙ emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit in hęredem extraneum, ſed in filios dumtaxat, Bar. l. ét. ff. ſolu. matri. Alex. l. ſi patroni. ff. ad trebell. Fel. Dec. c. in præſentia de probat. Dec. in conſi. 71. Rub. d. §. quidam recte nu. 192. per conſequens pater ſtipulans pro ſe, & filijs, ſibi, & filiis videtur prouidere, licet illi non ſint hæredes, pro hac parte facit lex in l. ſi tibi §. ſi pactus l. & hęredi §. nos autem l. auus ff. de pactis l. quodcunque §. ſi quis ita ff. de ver. ob. vbi ꝙ ſtipulatus, pater poſt mortē ſuam dari filio, debet, licet filius nō ſit hęres, ergo hoc idem obſeruari in re emphyteotica acquiſita pro ſe & filijs, debet.

Mihi autem videtur, quod argumenta pro opinione Bar. & Doctorum allegata non multum vrgeant, Nam quod opere obſequiales incerte, iura ſepulchralia, ſucceſsiones, tutele, in filios tranſeant, licet non ſint hæredes parentum, in cauſa eſt, quia non a patre, ſed a genere, a Ciuitate, & a rerum natura tribuuntur, l. 3. ff. de interd. ſi vero a

patre

patrę per ſtipulationem forent acquiſita, filiis non acquiruntur, niſi ſint hæredes, l. cum patronus §. 1. ff. de oper. liber. Nec obſtat illud quod notatur in d. l. quodcunque §. ſi quis ita, cum alijs ſupra allegatis, quia aut nos loquimur in ſtipulatione per patrem nomine filij facta, & certum eſt, quod filius eius beneſitio vtetur, licet non ſit hæres, & utilem actionem habebit, glo. d. §. ſi quis ita Bar. l. quod dicitur ff. de uerb. oblig. Lex enim patri facultatem concedit pro filio ſtipulari §. alteri inſtit. de inutil. ſtip. & perinde eſt, ac ſi filius ſtipularetur.

Aut loquimur in aliis contractibus, & pater nō poteſt nomine filii contrahere, ita ut actio ſibi quęratur, niſi ratihabitio ſubſequatur, ſi uero contrahat pater nomine proprio pro ſe, & filijs, etiam ſuper re, quæ non tranſit ad hęredem extraneum, intelligitur ordine ſucceſsiuo, Bart. d. §. quidam recte, Ergo ſucceſſor debet eſſe filius, & ſi dicatur, nō requiritur quod ſit ſucceſſor iuris uel facti, reſpondetur, quod niſi filius ſit iuris ſucceſſor, non poterit etiam eſſe ſucceſſor facti, quia eius nomine nihil eſt geſtum, quod ſuadetur ex doctrina, Bar. in l. qui Romę. §. Flauius in fi. ff. de uerb. obl.

Arbitror propterea, Iſer. & Afflict. probabiliorem opinionem, opportere in emphyteuſi eccleſiaſtica acquiſita pro ſe & filiis filium eſſe patris hęredem, ſi conſequi emphyteuſim uelit, arg. noſtri

ſtri.c.quod magis facit pro hac opinione, quàm argumenta allegata pro Doctorum ſententia, & id maximè cum filio conſultum ſit, vt emphyteuſim retinere poſſit ſine onere æris hæreditarii, ſi hæreditati ſe immiſceat cum inuentario, vt ſupra dixi in filio vaſalli.

41 Pręmiſſa † concluſio ampliatur, vt ſufficiat filiũ eſſe inſtitutum in re certa, vt portionem virilem emphyteuſis conſequatur, Bar. d. §. ſi liberi Alex. d. l. quędam §. nihil ff. de edendo Iul. Clar. d. §. em-
42 phyteuſis q. 38. quia pater † non poteſt vni filio totam emphyteuſim conceſſam pro ſe, & filiis prælegare, vel donare in præiudicium aliorũ, Iaſ. l. 2. in vlti. q. C. de iure emphyt. Rub. d. §. quidam recte num. 186. Alex. conſ. 106. & ſeq. lib. 4. Didac. in libr. 2. varia. reſolutionum c. 18. num. 2. Anch. conſ. 319. Themate pręſuppoſito Cor. cõſ. 23. col. 2. lib. 1. Bolog. conſ. 46. Bertrandus conſ. 138. Alc. in reg. 1. præſumptio: c. 31. & in l. quod dicitur nu. 20. ff. de verb. oblig. Ruinus conſ. 154. lib. 1. cum aliis allegatis per Gabriellem in tit. de iure emphy. concl. 2. nu. 46.

Eſt verum quod in hoc articulo cenſent multi, quod pater poſſit vni filio prælegando, vel donando aliis pręiudicare Bald. hic Imola in l. ſi domus §. fi. de leg. 1. Gabriel d. concl. 2. Iul. Clarus in §. emphyteuſis q. 16. Alex. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui de leg. 1. Soc. conſ. 127. libr. 3. Alex.

conſ.

conſ.27.lib.5. Bal.in aut.quas ruinas nu.6.C.de ſacr.ſanc. eccl.

Aliqui ſentientes hanc controuerſiam pro concordia diſtinguunt, quòd aut pater contrahens acceptat pro ſe, & filiis ex cauſa onerosa, & tunc acquirens pro filijs, eis videtur rem acquiſitam donare in locum rei proprie, ſed hæc præſumpta donatio ſola morte confirmatur, l.2. C.de inoff.donat.l.donationes C.de donat.inter virum, & vxorem Bar.l.frater a fratre nu.57.ff.de cond. indeb. ergo ante ſemper poterit reuocare Bal.l.1.in fin. C.per quas perſon.Gabr.d.concl.2.nu.47.

Aut ex cauſa lucratiua, & tunc aut res ſui natura eſt trauſitoria ad quoſcunque, & pater de ea ad libitum diſponet per eandem rationem, & quia pater in dubio in hac materia viſus eſt acquirere ſibi, & filiis heredibus, gl.l.ſi tibi §.ſi pactus ff.de pactis, quam Doctor.ibidem approbant, Alc.in l. quod dicitur nu.28.ff.de verb.oblig.& conſ.250. in 3.dubio Bru.conſi.136.lib.2.niſi pater, aliter ſibi, aliter pro filiis ſtipullaretur, gloſ.l. Seia ff.de dona.cauſa mortis, Bal.hic nu.1.adeo quod ſecuta alienatione filius excludetur ex regula l. cum a matre, C.de rei vend.& l.vindicantem ff.de euict.

Item quia donans patri, & filiis, cenſetur donare patris contemplatione, præſertim ſi nundum erant cogniti, Soc.iun.conſ.77.lib.7.quo caſu donatum, quatenus filio donatum cenſeatur, profe-

ctitium

ctitium eſt, gloſ.l. cum opportet. C. de bonis quæ lib. Alex.l.ſed & ſi §.in arrogato, nu.6. de vulgari, de quo libera eſt patri diſpoſitio, Bald. in aut ſi quas ruinas ſub nu.5. C. de ſac. ſanctis eccl. Alc. in reg. prima præſumptionum cap.32.

Aut non erat tranſitoria ad extraneos, & hoc caſu, aut pater citra ſtipulationem ſimpliciter acquiſiuit pro ſe, & filiis, & tunc quia non acquirit aliquod ius filiis, niſi ſint patris hæredes, vt ſupra dictum eſt ſecundum, Iſer. hic, interim poterit de acquiſitis in vnum ex liberis ad eius arbitrium diſponere, Bald. in d. aut. ſi quas ruinas nu.6. Natt. conſ.475. Rubeus.l. gall. §. quidam nu.189. Aret. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui de leg.1. Bald. l.1. in fi. C. per quas perſonas.

Aut pater pro ſe, & filiis acquiſiuit notario pro illis ſtipullante, & quia hoc caſu *filijs* acquiritur ius irreuocabiliter ſine ceſsione ante acceptationem l. non enim aliter ff. de adopt. Tiraq. in tract. de conſtit. in 3. parte limit.30. nu.23. & 49. Ozaſi deciſ.33. ordine tamen ſucceſsiuo, Bar.l. gallus.§. quidam recte ff. de lib. & poſt. Clarus d. q.16. Alc. l. quod dicitur nu.20. ff. de uerb. oblig. ubi limitat num.22. in filiis nundum natis, pater non poterit illis præiudicare, quin ſaltem adita hæreditate cum inuentario reuocent alienata.

Præmiſſa procedunt de plano, quando aliter non apparet de uoluntate concedentis, & reſo-

lutio

lutio capitur ſuper uoluntate patris acquirentis.

Si uero de mente concedentis aliter apparet, uoluiſſe filiis cum patre, uel poſt eius mortem illis prouidere, tunc certum eſt, q; pater nil poſſet in eorum præiuditium diſponere, Natt. conſ. 475. nu. 14. Bart. l. mortis cauſa capio ff. de dona. cauſa mortis, & in re clara non opus eſt diſputatione, l. ille aut ille de leg. 3. l. uoluntatis C. de fideicom. Rol. conſ. 61. num. 31. lib. 3.

43 Hinc eſt † quod ſi quis Titio rem donauerit, vt poſt decennium illam Gaio reddat, licet lapſo decennio gaio vtilis actio competat pro rei donate cõſequtione, l. quoties C. de donat. quæ ſub modo, Alc. conſ. 126. nu. 11. Dida. lib. 1. variarum reſolut. c. 14. tamen interim primus donans poterit donationem reuocare, Bar. l. qui Romæ. §. Flauius ff. de verb. oblig. niſi pro gaio notarius fuerit donationem ſtipulatus, Bald. conſ. 377. lib. 5. Goza. conſ. 47. Alc. conſ. 12. & conſ. 3. nu. 9. Curt. Iuni. conſ. 55. col. 2. Alex. conſ. 22. lib. 5. Cra. cõſ. conſ. 19. nu. 11. Iaſ. conſ. 213. lib. 2. Bal. conſ. 383. lib. 2. Rub. conſ. 117. Rol. cõſ. 19. num. 19. libr. 1. Ruinus conſ. 7. nu. 29. lib. 1. Gabriel in tit. de donatio. concl. 5.

44 Hinc infertur † etiam quod ſi pater fuerit inueſtitus de feudo pro ſe, & liberis, poterit illud cum domini conſenſu alienare in præiuditium filiorum, vel alias ſine conſenſu vni ex filiis relin-

quere, Iſern.in capitul.1.nume.9. de alien. feud. pat.vbi Afflic.numer. 7.& Nardus ad Iſern.in capitul.1.§.titius verb. titius, ſi de feudo defuncti, vbi Aluar.& Laud.Alex.conſ.18.nu.5.lib. Bald. l.qui ſe patris num.11. C.vnde liberi Dec.conſi. 208.nu.8.conſ.390.& 445.nu.7. Cra. conſ. 135. & conſ. 624. vbi poſt multos allegatos dicit ita communiter teneri, Afflic.deci.112.nu.6.& 248. Lofre.conſ.1.nu.152.& conſ.8.num.23.Alc.in l. quod dicitur nu.22.ff. de ver.oblig. Ceſal.conſi. 152.nu.52. Camer.in c.1.§.præterea de prohib. feud.alien.per fed. Nardus ad Iſer.d.c.1.ver. ſed nunquid Tho. de Mari.qui diſputat ad vtranque partem in tit.de feudo ex pacto, & prouid.nouo num.16.Natt.conſ.475.Tiraq.in retractu, prima parte,§.11.glo.6.nu.23. Ceſal.conſ.3.nu.12.cōſ. 12.num.10.

Sed quod pater non poſsit præiudicare filijs, tenet Bal.in c.1.§.hoc quoque de ſuc.feu. Alex. conſ.106.nu.8.lib.4. Afflic.in c.1.in prin.nu.33. de proh.feu.alien.per fed. vbi dicit hanc eſſe cōmunem opinionem, Pariſ.conſ.3.num.16.conſ.5. nu.15.lib.1.Scurf.conſ.136. nu.6. poſt Brunum, Silua.conſ.15.nu.40. Iaſ.conſ.56.lib.3.cum alijs allegatis per Crauet.conſ.734.Soc.Iun.conſ.72. nu.35.li.1.conſ.103.nu.30.lib.2. Natt.conſ.242. nu.10.Burſ.conſ.291.nu.74.& 95.lib.3.& nouiſſime hanc opinionem tenuit Ceſal.conſ.617.nu.

57.& ſeq.libr.5.declarans tamen, vt pater poſsit de feudo nouo ex prouidentia ſibi, & filijs conceſſo diſponere, ſi pater aliquid dedit domino pro feudi conceſsione, quaſi domino datum occaſionem ei præbuerit feudi concedendi patri, & filijs, & cenſeatur de re patris facta a domino donatio filiis, quæ viuente patre non tenet, nimirum ſi pater de tali feudo diſponit, quaſi contemplatione patris datum ſit, & peculium profectitiũ remanſerit, de quo pater liberè in præiudicium filiorum diſponit, vt ſupra tetigi: quæ declaratio, ſi vera eſt, trahitur a multum remotis concluſionibus, propterea verior videtur opinio, quod pater poſsit de tali feudo diſponere in vnum ex filiis in præiudicium aliorum quo ad feudum non vi præſumptæ donationis, ſed ex aliis rationibus per Doctores adductis, ſalua tamen eis actione conſequendi pro rata pretium ex ſolutum a patre in feudi conſecutione, lege ſi ſponſus §. circa venditionem ff. de don. int. vir. & vx. Secundo declarat, vt pater poſsit diſponere, ſi feudum ſit conceſſum ſimpliciter nulla facta filiorum & hæredum mentione, quaſi feudum cenſeatur hæreditariũ, quod ſupra reprobaui, igitur tenendum eſt, quod hoc caſu non ſit licita diſpoſitio, vel aliàs ſemper ſit licita.

Et pro qualibet horum Doctorum claſſe allegantur plures rationes coniecturales, ita quod

vnuſquiſque pro ingenio poterit pro vtraque ar guere, & opinionem vtram maluerit optare, vt per Iaſ.in l.2.nu.207.& ſeq.C.de iu.emphy.Doct. in l.idem Iul.§.ſi quis alicui ff.de leg.1. Tiraq.d. gloſ.6.nu.25. vbi ponit multas diſtinctiones pro conciliandis Doctorum ſententijs:

Illa mihi probabilior videtur, quod aut pater fuit inueſtitus pro ſe, & filijs ex prouidentia Domini concedentis, & patris acceptantis, & licet dicant Doctores, quód videntur duæ conceſsiones factæ vna patri, & altera filijs, tamen hoc intelligitur ordine ſucceſsiuo, Bald.in l.liberti C.de op. lib. Ceſal.d.conſ.617.nu.36.ſed quia ius filijs quęſitum prouenit ex diſpoſitione paterna, & prouidentia Domini, dicendum eſt tunc poſſe patrem alienãdo cum conſenſu domini filijs pręiudicare, Ceſal.d.conſ.617.nu.34.& 41. Burſ.d.conſ.291. nu.95 adnot.per Bart. & alios in d.l.qui Romæ §.Flauius de verb.oblig. Si vero præter paternam acceptationem cõcurrat ſtipulatio pro filiis, quia ex ea acquiritur ius filijs irreuocabiliter non poterit pater alienando illis præiudicare, ita enim limittatur Doctr. Bar.in d.§.Flauius per Cumanũ & Aret.ibidem, Gabriel.In tit.de donat.concl.5. Ceſal.conſ.617.nu.42.

45 Capio glo.† in verbo, conſentientibus, quia in textu dicitur, quod dominus poterit filium, qui hæreditatem paternam repudiauit de feudo in-

 ueſtire

ueſtire agnatis conſentientibus, quærit quid ſi agnati non conſenſerunt tunc quando filius a domino inueſtiebatur, ſed inueſtituram ratificarũt, an valebit inueſtitura, videbatur dicendum, quia Dominus agnatis præiudicare nequit in feudo antiquo, c. 1. ubi Doctores quemadmodum feudum ad filium pertineat Curt. in conſi. 1. num. 32. Natt. conſ. 414. Alc. conſ. 166. in fin. & conſ. 188. quòd agnati non poſsint ratificare, quod eorum nomine non eſt geſtum, c. ratum de reg. iur. in 6. c. cum quis, de ſent. excom. in 6. l. ſi pupilli §. ſed ſi ego ff. de nego. geſtis.

Glo. tamen hic cenſet, quod agnati ſibi ex ratihabitione præiudicent, quia licet ex ratihabitione actus celebrati nomine alieno non poſsit negotium trahi ad ratificantem, vt videatur eius nomina geſtum, tamen quo ad præiuditium, vt voluntas trahatur ad negotium, certum eſt, quòd actus alieno nomine factus ratificatur, l. mater C. de rei vend. Bart. d. §. ſed ſi ego in fi. Tiraq. de retractu 1. par. §. 5. gl. 9. nu. 244.

Et vlterius concludit glo. quod ſi de feudo aperto agnatis propter refutationem hæreditatis paternæ filius de conſenſu agnatorum inueſtiatur a domino, agnati ſibi præiudicant, & amplius non reuocabunt, c. 1. §. præterea quib. mod. feud. amittatur, quia remittentibus iura ſua non datur regreſſus, Bal. hic, l. cum quidam C. de adminiſt. tut.

l. quæ-

l.quæritur §.ſi venditor.ff.de edil.edict. Iaſ.conſil. 219.col.2.lib.2.

Et addit ſufficere quod agnati conſentiant tacite, vt ſi præſentes ſint, & non contradicant domino, ne inueſtiret, arg.l.2. l. ſi hypothecas C.de remiſ.pign.gl.d.§. præterea.

Sed obſtat, quia agnati non poſsint impedire, quin dominus filium inueſtiret, vt dicitur de re mea, quæ poteſt alienari me præſente citra meum præiuditium, gloſ. Bart.& alij in l. Caius ff.de pigno.actio.

Secus autem eſt ſi tractaremus de pignoratione rei meæ, quæ me inuito non poteſt hyppothecari.l.2.C.ſi aliena res pign.data ſit l.2.C.cum di uid. & ideo patiens & tacens videtur conſentire d.l. Caius ſimili modo non remittitur ius ex præſentia, & taciturnitate, quod quis habet in re aliena l.ſicut §.non videtur vbi glo.ff.quib.mod.pig. vel hyppoth.ſolua.

Sed dici poteſt pro defenſione gloſe ſola præſentia conſenſum induci, quia ex contradictione agnatis ius conſeruatur. c.1.§.titius ſi de feudo defuncti, vbi notaui, dixi in ca. 1.§.præterea quib. mod.feud. amitta.

46 Glo.vltima quærit† de duabus dubitationibus, prima eſt, quia in textu dicitur, quod Dominus poteſt agnatis conſentientibus filium quaſi de nouo beneficio inueſtire, an moriente de inde filio inueſti-

inueſtito ſine filijs, feudum, ad agnatos vel dominũ deuoluatur, & cenſet gl. quã hic ſequuntur doctores, quod feudum domino aperiatur excluſis agnatis, ratio eſt, quia patientes agnati illum inueſtiri, qui a feudo erat remotus, iura ſua viſi ſunt remittere domino, qui inueſtiens filium, vt de nouo feudo inueſtituram fecit, Caſtrenſis conſi. 44. circa præſentem col. 2. lib. 2. Dec. conſ. 53. Crau. conſi. 798. in prin. propterea moriente illo ſine filijs feudum ad dominum deuoluitur, & non ad tranſuerſales, c. 1. de eo, qui finem fecit agnato c. c. 1. de fratri. de no. ben. inueſti. c. 1. de duob. fratri. a capit. inueſt. c. 1. in fine de ſucceſ. feudi.

Hæc concluſio ampliatur, vt vera ſit, ſiue dominus expreſſe filium inueſtiat, vt de nouo feudo, ſiue ſimpliciter ſine alia expreſsione, Bal. Laud. &
47 alij hic, Limittatur tamen † vt nõ ſit vera, quinimo dominus excludetur, & agnati vocabuntur, ſi dominus inueſtituerit filiũ vt de feudo antiquo Bal. hic, quia tunc feudum quod eſt nouum aſſumit naturam antiqui, Iaſ. in præludijs feudi. nu. 88. Alex. conſ 1. lib. 5. Curt. Senior conſ. 79. Iaſ. conſ. 1. lib. 3. Sol. conſ 60. lib. 1. conſ. 16. lib. 3. Berous conſ. 79 lib. 1. Cra. conſ. 639. num. 9. Gabriel in titu. de feud. concl. 1. in quo omnes agnati ſuccedunt, licet probare nequeant ſe ortos ab eodem ſtipite, dum probent ſe deſcendere ab agnato tranſuerſali dicti nuper inueſtiti, Natt. conſ. 468. Crau. conſ.

926.& in tracta. de antiq.temporis in vltima parte,& conſi.965.nu.4.quod latius examinaui in c. 1.§.ſin autem vnus,de his qui feud. dare poſſunt.

48 Ex hac gloſa colligitur † notandum ſecundum Bal.hic,quod feudum dicitur nouum, quãdo noua cauſa in inueſtitura interuenit,Oldr.conſ.178. quidam nobilis,Cra.conſ.579.nu.1.& ſemper eſt nouum, quando cõceditur perſonæ,quæ eſt a feudo excluſa,c.1. qui teſtes ſunt neceſſarij Crau. in tract.de antiq. temp.in vltima parte.

Secundo quærit gloſa retento eodem noſtri themate, quid ſi dominus filium inueſtiat, vt de nouo feudo agnatis ignorantibus,an valeat inueſtitura in præiuditium agnatorum,quominus feudum a filio reuocari poſsit, & reſpõdet forte nõ, ſed dictio dubitatiua in reſponſo ſtat pro affirmatiua Alex.in l. in ſubſtitutione ff.de vulgari Dec. c.ſuper literis col.6. de reſcript. Crau. conſ. 179. col.4. & ita tenet gloſa,quod agnati non poſsint reuocare feudum a filio, intelligit tamen gloſ. ſi filius feudum cum hæreditate non repudiauerat, ſed obtinuerat ſe de feudo inueſtiri a domino vt de feudo nouo q̃ gl.reſolutio in hac parte eſt vera, Afflic.hic nu.42.ſed poſita ſuper quæſtione indubitabili, Sed dubium eſſe poterat,quid ſi filius deinde moriatur ſine filijs, an domino feudum aperiretur,vel agnatis, & proculdubio concludendum,eſt agnatos eſſe preferendos virtute antiquę

inueſti-

inueſtituræ, quæ a filio mutari nequiuit in eorum præiuditium per nouam, c.1.de vaſallo derepitę ætatis, c.1.de eo, qui finem fecit agna. Bal.conſ. 215.lib.2.Roma.conſ.1.Aluar.inter conſil. Bruni conſi.47. Dec.conſil.445.nu.23.

Vltimo quærit, an poſsit dominus gratiam facere filio, & illum inueſtire de feudo paterno, vt de feudo nouo, in prȩiuditium agnatorum, & gloſa inclinat, quod poſsit, ſed Doctores omnes contradicunt hic, & in c.1.quemadmodum feud.ad filiam parti. Alc.conſ.166.in fine, Propterea feudo aperto agnatis per refutationem hæreditatis paternæ, ſi filius a domino contemplatione patris inueſtiatur de feudo, quod amiſit propter refutationem, agnati ab eo vendicabunt.

Expeditis gloſis in dubium reuoco, an verum
49 ſit † quod filius conficiens inuentarium habeat feudum ex prouidentia præcipuum, & non teneatur vltra vires hæreditarias pro debitis paternis, & textus hic innuere videtur, quod teneatur, quia indiſtinctè diſponitur filium debere hȩredē eſſe, ſi feudum prætendit retinere, & cum indiſtinctè diſponatur, indiſtinctè debet interpretari, l.1.§. generaliter ff.de leg.præſtandis, & vbi conſuetudine induci voluiſſent vaſalli, ne filius facto inuentario obligaretũ creditoribus hæreditarijs, induci curaſſent, ergo cũ nil caueatur, omiſſum videtur. l.1.§. penult. C.de cad.tollen. quod tanto magis

ſuadetur, quia diſpoſitio huius capituli poſt legẽ fi.C.de iure delib.inducta eſt, ita quod illi videatur derogare,l.pacta nouiſsima, C.de pactis,Quinimo, & ſi aliter diceremus, diſpoſitio ad abſurdum deduceretur, pone vaſallum nulla alia bona poſsidere,quam feudum,non poterit pro redemptione animæ, qui filium potuit pro neceſsitate famis alienare? l.1.C.de patri.qui filios diſtra: pro male ablatis aliquid relinquere? Et filius habebit feudum, & patrem in ſepultum derelinquet?

Ex aduerſo cenſent Doct.filium facientẽ inuentarium æquiparari agnato, Iſern.hic uu.7.qui ad aliqua debita nõ obligat̃, vt dicitur hic, & l.fi.C. de iure deb.tot ſolennitatibus, & conſultationibus introductam trahi ad caſum noſtrum,quę per hoc c.correcta videri non poteſt, cum illi contraria non ſit, vt hic notat Nardus verb.§.tribus,nec expreſsim dicatur, l.pręcipimus C.de appellat.in aucten.quib.mod.natu.effic. ſui §. tribus. Nã ita moderari pater, qui ſciebat feudum eſſe ex prouidentia, de quo non poterat diſponere. c.1.de ſucceſ. feud.ſumptus domeſticos debuit, vt de redditibus aliquid pro debitis, & legatis ſoluendis ſupereſſet,ne alioqui,ob paternam prodigalitatem repropria filium priuari contingat, vt eleganter hic notat Iſern. Alij autem mediam viam eligentes, vt dicitur in auct. de conſul. in prin. l.ſi quis argentum §.ſimili C.de donat. Bal.conſ.

180.

180.lib.2. cenſent filium licet inuentarium conficiat, obligatum reſtare pro funeris paterni impēſa, quaſi filius aliàs pro iniuria teneatur, l.quod ſi nulla ff.de relig. & ſnmpt.funerum, item & pro ſatisfactione debitorum cōtractorum per patrem ex neceſsitate famis, item & pro legatis pro anima, & pro conſcientiæ exoneratione, Iſer.hic, Capit.in ſua inueſt.verb.ſucceſſor vaſalli, verſ.limita 1.Lofre.conſ.46.num.28.quod puto æquitati, & filij neceſsitudini expedire, obnoxius maneat igitur in tantum pro præmiſsis filius, non ex eo, ꝙ de feudo pater diſponat, quia nec candellam pro anima de eo relinquet, Capit. in c.1.ver.an vero ſit feudum de prohi.feud. aliena. per fed. Iſer.hic nu.7.Afflic.deciſ.26.in fi. quatenus fructus feudi primi anni valebunt, & ad arbitrium iudicantis, l.1,ff.de iure delib. Iſern.hic quem Afflictus, & ceteri ſequuntur.

Præmiſſa in quàm procedunt in feudo, ex pro 50 uidentia, ſed quid dicemus † ſi feudum ſit hæreditarium, & filius conficiat inuentarium, an præter bona allodialia tenebitur pro feudo, & illius fructibus, & Bal. in c.1.in prin.nu.8.de ſucc.feudi tenet, quod pater poſsit grauare filium dare quolibet anno aliquid de fructibus, qui colliguntur in re feudali, quia poſtquam fuerint ſeparati, non erunt feudales, ſequitur, Iacob. in tract.feu.§.ita etiam, Lofred.d.conſi.46.nu.23.& in c.1.§.dona-

in feudo hered°

re nu. 3. qualiter olim feud. alien. pot. cenſet, quòd filius a patre poſsit in fructibus feudi grauari ratione bonorum allodialium, & relictorum, & interpretantur, Doct. Baldum loqui in feudo hæreditario, Afflic. c. 1. nu. 15. de prohib. feu. alien. per fed. Capit. in ſua inueſt. verb. futuri fructus, frec. in tit. de aut. baronis §. pluribus autem modis, nu. 62. Alex. conſi. 18. lib. 5. ergò eadem ratione pro obligatione paterna filius obligatur de feudi fructibus ſatisfacere, quinimo pro debito defuncti patris executio fieri poteſt ſuper fructibus feudi hęreditarij nullis bonis allodialibus exiſtentibus, Afflic. deciſ. 26. 111. 240. & 265. Bart. Alex. in l. ſi finita §. de vectigalibus, ff. de dam. infect. Curt. in tract. 4. parte q. 12. ex his concludendum videtur, filium, qui hæreditatem patris adiuit cum inuentario, reſtare obnoxium ſatisfacere creditoribus hæreditariis de fructibus feudi hæreditarij allodijs non exiſtentibus, Caſtr. in l. pro hærede §. 1. nu. 4. ff. de acquir. hæred. Alex. conſi. 19. lib. 5. Curt. Iun. conſi. 322. nu. 9. quod verum puto, exexcluſis tamen fructibus, ſeu eorum valore pro ſeruitio domino præſtando, item excluſis fructibus pro victu filij ſecundum eius dignitatem, & qualitatem, quia vaſallus miles eſt. c. 1. quo tempore miles, qui non exigitur, niſi in quantum facere poteſt, l. miles vbi gl. ff. de re iud. Ang. l. eorum ff. de dam. infect. Sal. in aut. ei qui. C. de bonis aut. iud.

poſsid.

poſsid. arg. c. 1. §. fin. Epiſcopum vel Abbatem, Iſer. hic nu. 9. frec. tit. de differe. feudorum ex prouidentia, q. 5. & ita tenendum eſt, quicquid aliter dixerit Thom. de mari. in tit. de feud. hæred. antiquo, num. 8. & ratio addi poteſt, nam certum eſt quod pro debito defuncti eo viuo executio fieri non poterat, nullis alijs bonis exiſtentibus, niſi in fructibus feudi. Bar. Alex. in d. §. de vectigalibus, ergo ſufficere debet, vt filius pro fructibus ſolum teneatur, alioqui res ad impietatem deduceretur, quod filius cogeretur hæreditatem, & feudum repudiare, quod ad agnatos tranſiret, qui conficientes inuentarium, feudi proprietatem ſibi conſeruarent, & ſicut admittitur filium retinere poſſe, ſi pater decedat non ſoluendo, Thomas de marin. tit. de feud. hęred. antiquo. nu. 10. Idem dicendum eſt, ſi pro parte ſoluendo de ceſſerit, arg. l. quæ de tota ff. de rei vend.

Subiungit hic Iſer. quòd feudum hæreditariũ
